E N a ¶ Et a trāsmigratione babylonis vsq̄ ad christū: vt christus continet sub hac generatione/ non trāsmigratio babylonis: generationes q̄ttuordecim. Ecce in vniuerso q̄draginta duę. b ¶ Christi autē generatio sic erat: Cū esset desponsata mater iesu ⁊c. Multa p̄termittunt hic: q̄ lucas narrat. Annunciatio. s. dñi p gabrielē: et q̄liter facta annūciatiōe/ exurgēs maria abijt in mōtana cū festinatione in ciuitatē iuda ⁊ intrauit in domū çacharię ⁊ salutauit helisabet: et exultauit infans p̄ gaudio in vtero ei⁹. Et qualiter māsit ibi tribus mensib⁹: ⁊ reuersa est in domū suam. Post reuersionē aūt illam inuenta est habēs de spūsancto: Et ab hoc loco incipit mattheus/ dicēs: c ¶ Cū esset despōsata mater iesu maria ioseph. Desponsatio em̄ fiebat p aliqđ tēpus ante cōmunē cohabitationem: ⁊ interim erat vxor sub custodia mariti/ ⁊ frequēti visitatione donec solēnia nuptiarum celebrarent. Propter multas aūt causas voluit christus matrē suā despōsari. Unā causam ponit Chrys. alię extrahunt a Glosis. Prima est: q2 futurum erat vt oēs sancti de virgine nascerent eccl'ia christo despōsata: vñ christus de desponsata natus est: ne indignius nasceret dñs q̄ serui. Secūda: vt p ioseph genealogia marię texeret: q2 de eadē tribu erāt: et p mulieres genealogia nō texit. Tertia: vt ioseph esset testis castitatis ipsius ⁊ defendēs eam ab infamia suspitionis. Quarta: ne adultera cōbureret: Leuit. xxi. b. De alia tribu lapidabant: Deut. xxij. c. Quintā causam dicit Origenes: vt v̄go viri solatio sustētaret: ⁊ tam puer q̄ mater officio viri sustentarent. Sextam ponit beatus ignacius. s. vt diabolo partus eius occultaret: q̄ nequit discernere an de virili semine an ex v̄gine nasceret. Septima causa: ne fatuis virginibus daret causa vel occasio excusandi de infamia/ dicēdo q ⁊ mater christi infamata fuerit. Octaua causa pōt assignari: vt p hoc q de virgine ⁊ despōsata natus esset/ vterq̄ status approbaret. s. cōiugatorū ⁊ v̄ginū. d ¶ Antequā cōuenirēt: cōmuni cohabitatione. Sed nō sequit q postea cōuenirēt: sicut nō sequit: Iste nō penitebit donec mortuus sit: ḡ post. Et est similis modus loquēdi/ Gen. viij. a. Coruus non est reuersus donec siccarent aquę sup terrā. Neq̄ em̄ postea reuersus est. Et in Ps. Donec ponā inimicos tuos ⁊c. Itē. Oculi nostri ad dñm donec misereat nři. e ¶ Inuenta est/ a ioseph sicut a viro curioso circa vxorem. Ipsa dico/ f ¶ In vtero habēs de spiritusancto. i. ope spūssancti cōceperat. Non q2 hoc ioseph cognouerat: s3 ipa habēs in vtero de spūsancto/ inuenta est a ioseph habēs in vtero. Uel sic distingue. Inuēta est in vtero habēs: et hoc fuit/ de spūsancto. i. de spiritusancto erat habēs in vtero. Chrys. Confundant vani inquisitores: quādo natus est christus de spiritusancto/ cum nesciant naturā suā explicare: Neq̄ gabriel/ neq̄ mattheus amplius potuerūt dicere: q̄ q de spūsancto natus est: ⁊ tu vis linguam tuā sup gabrielē ⁊ mattheum erigere? Esa. liij. c. Generationē eius q̄s enarrabit? Ecce illud nouū: mulier circūdabit virū: Hiere. xxxi. d. g ¶ Ioseph aūt vir eius cum esset iustus ⁊ nollet eam traducere. i. in damnū suum ducere. h ¶ Uoluit occulte dimittere eam. Nota q priusq̄ angelus virginē salutasset ⁊ priusq̄ de mōtanis redijsset: ioseph eā desponsauerat p verba de p̄senti: qđ patet per illud Luc. j. c. Missus est gabriel ad virginem despōsatam ioseph: et diligenter eam custodiēs apprehendit grauidā. Erat ergo in ambiguo: quia poterat res esse bona/ et poterat esse mala. Credebat em̄ ioseph filiū dei de virgine nasciturū / ⁊ poterat esse q de ista: qđ si cōtigisset reputabat se indignū cohabitationē ei⁹. Si aūt aliunde cōcepisset/ videret conscius adulterij et adulterij celare si cohabitaret ei: ⁊ ideo eligēs viam mediā/ voluit occulte dimittere eam. Aliter pōt distingui ⁊ accipit/ traducere/ pro ppalare. Et notant tria circa ioseph. s. iusticia/ pietas/ ⁊ prudētia. Iusticia notat in hoc q volebat innocentē seruare ab infamia. Pietas: quia nolebat eam traducere. i. ppalare. i. publice adulterā p̄mulgare. Prudētia: q2 volebat eam occulte dimittere. i ¶ Hec aūt eo cogitāte: q2 pie ⁊ prudenter p̄cogitat/ consolari meret: ⁊ consiliū suum meliori consilio mutat. k ¶ Ecce angelus ⁊c. Glo. Ne vlterius p̄moret dubietas/ quę cōmendabat equitas. l ¶ Domini: Non ille q̄ trāsfigurat se in angelū lucis. ij. Cor. xj. c. m ¶ Apparuit in somnis: q̄si. corporis ⁊ dubietatis. In somnis. Chrys. Sicut dormienti adā creauit mulierem: sic isti dormienti diuinitus cōsignauit vxorē. Nota q dicit/ apparuit. Apparere enim pprie dicit subita et inuisibilis rei visibilis exhibitio. Et q̄nq̄ apparēt angeli inuisibiliter. i. sine subiecta creatura: vt i somnis/ vbi nihil videt homo: sed videt videre. Et eleganter apparuit ei in somnis/ vt ostēderet eum sopitū q̄si somno ambiguitatis: quodā em̄ mō dormit animus/ cum in ambiguo fluctuat. n ¶ Dicēs: ioseph fili dauid. Notū ⁊ familiarē se ostēdit/ cū genus ⁊ nomē dicit. Exo. xxxiij. c. Ego noui te ex noīe. Filiū dauid vocat: vt reuocet ad memoriā se ⁊ mariā ex eadē tribu esse: ⁊ ideo nullaten⁹ diffidat hāc pmissionē posse cōpleri in maria. o ¶ Noli timere. Nota q quater dixit angelus: Ne timeas. Zacharię: Luc. j. a. Marię: Luc. j. c. Joseph: vt hic. Pastoribus: Luc. ij. b. p ¶ Accipe mariā cōiugē tuā. Glo. Cōiunx erat nō cubitu/ s3 affectu: nō cōmixtione corporis/ s3 in vnione siue copulatione animorū. Unde Aug⁹. Hoc exemplo magnifice insinuat fidelibus cōiugatis seruata pari cōsensu/ cōtinētia posse pmanere artariq̄ cōiugiū nō mixto corporis sexu/ s3 custodię mētis affectu. q ¶ Qđ em̄ in ea natū est/ non de ea. Aliud em̄ est nasci de ea ⁊ aliud in ea. De ea nasci est in lucē produci: in ea vero nasci est concipi. r ¶ De spiritusancto ē. Non dicit de patre vel filio: quia de sola bonitate dei fuit q incarnaretur quod attribuitur spiritusancto. Moraliter. i ¶ Hec autem eo cogitante ⁊c. Quilibet iustus debet habere mariam coniugem. i. amaritudinem penitentię. Accipiēda em̄ est penitentia in vxorē q2 pulchra/ q2 diues/ q2 nobilis: soror em̄ regis celestis est. Dolorē em̄ ⁊ miseriā christus ab vtero habuit. Sed multi dormiūt cum ioseph: Quib⁹ ait aplus Eph. v. d. Surge qui dormis ⁊ illuminabit te christus. Sicut aūt nō curat de verbo dormiētis: sic nō multū edificantur hoies in p̄dicatione p̄lati in pctō iacentis. Multi autē timēt accipe mariā q̄usq̄ timor dñi: q̄si angelus monet eos/ dicēs: Noli timere fili dauid. s. si v̄is esse imitator christi qui fuit irrisus/ flagellatus/ crucifixus. Josue. j. b. Noli timere/ sed confortare ⁊ esto robustus. Hoc matrimoniū inchoat p cōtritionē. Osee. ij. d. Spōsabo te mihi in iudicio. Qñ em̄ hō dolū dicat se p cōtritionē/ tūc cōtrahunt spōsalia. Ratū fit p cōfessionē. Joh. j. f. Rabbi vbi habitas? venite ⁊ videte: ⁊ venerūt ⁊ mānserūt apud eū. Cōsummat aūt p satisfactionē. j. iij. b. ⁊. iiij. c. Facite fructus dignos penitētię: Et tūc qđ in ea natū est de spūsancto est. Tres em̄ filios genuit penitētia. Testimonium cōscientię. ij. Cor. j. c. Gloria nostra hęc est testimoniū cōscientię nostrę. Prelibationē iocunditatis eternę. Ps. Gustate ⁊ videte. Adeptionē glię. Ps. O quā magna multitudo dulcedinis tuę dñe: quā abscōdisti timētib⁹ te. Ps. Filij tui sicut nouellę oliuarū in circūitu mēsę tuę: Quia ducūt ad epulas satietatis eternę. Itē mater iesu. i. salutis/ est religio: q̄ est amarū mare p penitentiā: q2 non pōt in se mortuū pati. Hec habet in vtero de spiritusancto: quādo. s. de inspiratione diuina aliq̄ intrant. Uterus eius cōuentus. Sed hodie habet quosdā similes iacob. i. bonos q̄ luctant cum dño ⁊ habitant in tabernaculis: ⁊ ideo obtinēt benedictionē. Et esau habet: id ē malos: hi inuicem collidunt/ vt dicere possit religio: Si sic mihi futurū erat q̄d necesse fuit cōcipere? Gen. xxv. c. Nota: monachi vel claustrales in cōuentu/ sunt quasi pueri in vtero: q2 nō sunt curiosi de cibo/ ⁊ vili cibo vtunt. Secūdo q2 calidi sunt/ nec timēt frigus/ nec vident/ silentiū tenent. Tunc nascunt: quādo mittūtur ad prioratum/ vel fiunt abbates. Sed multi sunt progenies viperarum/ tempus nascendi non expectantes. Hinc rachel periclitatur in ortu beniamin. Hodie fit contentio quis nascatur prior. Sed esau primo nascitur: quia prius promouentur mali q̄ boni. J. xxvij. c. Non hunc sed barrabam.

generationes q̄ttuordecim: a et a trāsmigratione babylonis vsq̄ ad christū/ generationes q̄ttuordecim. Christi b autē generatio sic erat. Cūm c esset desponsata mater iesu d maria ioseph/ anteq̄ cōueni e rēt inuenta ē in vtero habēs f de spūsancto. Ioseph autē g vir eius cū esset iustus ⁊ nollet eam traducere/ voluit occulte dimittere eā. Hec autē eo cogitāte: ecce angel⁹ dñi appāruit in somnis ioseph/ dicēs: Ioseph fili dauid/ noli timere accipe mariam coniugē tuā. Qđ em̄ in ea natū est/ de spūsancto est.

Margin: 27.q.2.c.prius q̄.⁊.c.inuēta.⁊.c.genuit — De verbo sig. c.4. — Propt multas cās christus matrem suā despōsari voluit — F — Ps.109. — Ps.122 — E — 27.q.2.ca. s. q̄s despōsauerit.et.c.institutū: et.c. genuit ⁊.c. — Moraliter — D — Ps.33. — Ps.30. — Ps.127.

¶ Pariet autem



A N a ¶ Pariet autē filiū: non filios. Chrysostomus. Non dicit: Pariet tibi filium/ sicut dicit çacharię: Luc. j. a. b ¶ Et vocabis nomen eius iesum/ in circūcisione: quoniam tūc imponunt nomina. Uocabis/ dicit/ non impones: quia ab eterno impositū est: Jesum/ saluatorem. Ista vocatio significata fuit Gen. xli. f. vbi legitur ð ioseph: Uocauit eum lingua egyptiaca saluatorē mūdi. c ¶ Ipse em̄ saluum faciet. Causam nominis subdit: q. d. bene dicit iesus: quia saluabit: nō q̄si habet/ sed/ d ¶ Populum suum: quos scilicet p̄destinauit. Roma. viij. f. Quos predestinauit hos ⁊ vocauit: et quos vocauit hos ⁊ iustificauit: ⁊ q̄s iustificauit hos ⁊ magnificauit. Et bene dico: saluum faciet/ in fide ⁊ spe: non ab hostibus corporalibus: sicut iosue ⁊ dauid: sed/ e ¶ A peccatis eorum: quod non est hominum/ sed solius dei. Luc. v. d. Quis potest peccata dimittere nisi solus deus? Esa. xliij. d. Ego sum ego sum ipe q̄ iniquitates tuas deleo ppē me. f ¶ Hoc autem totum factum est. Quod pretaxat erat confirmat auctoritate: vt euangelicę veritati quasi columnę basim supponat testimonium pphetę. Dicit igitur: Hoc autem totum factum est: vt scilicet virgo ppinquo suo desponsaretur/ vt casta seruaretur/ vt angelus p somnium ioseph loqueretur/ vt eam sponsam accipere iuberetur/ vt pueri nomen iesus vocaretur/ vt virgo saluatorem mundi generaret. g ¶ Ut adimpleretur quod dictum est a domino. Istud/ vt/ finē connotat: quasi vt finem acciperet pphetia. Uel etiam consecutionem/ non causam finalem. Simile habetur Gen. xl. d. Suspendit alterum in patibulo / vt veritas coniectoris probaretur. h ¶ Per prophetam dicentem: Esa. vij. c. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. Mattheus autem sensum sequitur esaie/ non verba. i ¶ Ecce virgo in vtero habebit. Uide q licet non esset presens quod p̄dicebat ppheta/ nec in pximo futurū/ sed longe post: vsus est tñ aduerbio demonstratiuo ad oculum p duobus: tum ad exprimendam admirationem p sibi facta reuelatione: tum p certa spiritussancti demonstratione: qui quasi presens ei demonstrabat/ quod post multa tempora futurum erat. k ¶ Et pariet filium: non filios. Esa. vlt. c. Anteq̄ parturiret peperit: anteq̄ veniret partus eius peperit masculum: quis audiuit vnq̄ tale? l ¶ Et vocabitur nomen eius emanuel. Primo ab angelis psallentibus: deinde ab apostolis predicantibus: post hoc vero a credentibus fidelibus. m ¶ Quod est interpretatum nobiscum deus. Per naturam. Ps. Ephraim susceptio capitis mei. Per cohabitationem. Baruch. iij. d. Post hec in terris visus est/ ⁊ cum hominibus conuersatus est. Per gratiam: infra vlt. d. Uobiscum sum vsq̄ ad cōsummationem seculi. n ¶ Exurgens autem ioseph a somno: dubietatis/ dicit Glo. o ¶ Fecit sicut precepit ei angelus: non solum quod preceperat: sed sicut. In quo notatur perfecta obedientia. Prouerb. xxj. d. Uir obediens loquitur victorias. p ¶ Et accepit/ mariā/ coniugem suam: ppter predictas causas. q ¶ Et non cognoscebat eam. In euangelio naçareorum legitur/ vt dicit Chrysostomus: q ioseph mariam videre facie ad faciem non poterat: quoniam spiritussanctus eam a conceptione penitus impleuerat: ita q non cognoscebat eam ppter splendorem vultus eius. Sicut legitur q discipuli non poterant videre faciem domini propter splendorem: infra. xvij. a. r ¶ Donec peperit filium suum: non q postea cognouerit: sed/ donec/ ponitur pro eterno: q. d. non cognouit ⁊ ita peperit. Uel pro eterno: Sicut hic: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et nota similitudinem per contrarium: quasi hic ponitur donec pro nunq̄/ sicut ibi ponitur pro semper. Gen. viij. c. Coruus non est reuersus donec siccata est terra. s ¶ Primogenitum. Glo. Primogenitum dicit omne quod aperit vuluam/ siue aliud sequatur siue non. Et hoc habetur Exo. xiij. c. Hic autem dicitur p̄mogenitus ante quem nullus alius genitus/ post quem nullus. Simile Roma. viij. f. Ut sit ipe primogenitus in multis fratribus. Heb. j. c. Introduxit primogenitum in orbem terrarum. Ps. Primogenitum ponam illum. t ¶ Et vocauit nomen eius iesum: die octaua quo fiebat circūcisio ⁊ nomen imponebat.

a Pariet autem filiū: et voca b bis nomen eius iesum. Ipse c em̄ saluum faciet pōpulum d suū a peccatis eorum. Hoc e autē totū factum est/ vt ad f impleret quod dictum est a g domino per pphetam/ dicē h tem: Ecce virgo in vtero ha i bebit et pariet filium: ⁊ voca k bitur nomen eius emanuel: m quod est interp̄tatū nobiscū n deus. Exurgens aūt ioseph o a somno fecit sicut p̄cepit ei p angelus domini: ⁊ accepit cō q iugem suā: ⁊ nōn cognosce r bat eam dōnec peperit filiū s suū primogenitū: ⁊ vocauit t nomen eius iesum. Ca. ij.

v Um ergo natus esset c iesus in bethleem iu dę in diebus herodis x regis: ecce magi ab oriente

Expo. Ca. II

v Um ergo c natus eēt iesus ⁊c. In hoc capitulo agitur ð natiuitate christi/ de aduētu magorum/ de fuga ioseph cum puero in egyptum/ de interfectione innocentum/ de reditu de egypto in naçareth. De circūcisione mattheus sabticetis3 lucas suppleuit. ij. c. Mattheus de natiuitate transit breuius: s3 lucas narrat diffusius. Nam mattheus tribus breuibus verbis natiuitatē insinuauit: Nā in tribus locis verbo natiuitatis vsus est. In fine scilicet genealogię vbi ait: De qua natus ē christus. Et paulopost ait: Quod em̄ in ea natum est de spiritusancto est. Et hic. Cum natus esset iesus ⁊c. Et ponuntur hic quattuor a pphetis roborata. Natiuitas. Esa. vij. c. Ecce virgo concipiet. Et. ix. b. Paruulus natus est nobis. Nomē cum dicitur/ iesus. Esa. vij. c. Uocabitur nomen eius emanuel. Et. ix. d. Uocabitur admirabilis consiliarius/ deus fortis ⁊c. quę circūloquuntur hoc nomen iesus. Tertium est locus/ cum dicitur: In bethleem iudę: ad differētiam illius quę est in galilea. Michee v. a. Et tu bethleem iudę ⁊c. Tempus: In diebus herodis. Sed potius videretur dicendum: tempore augusti imperatoris: A digniori em̄ fit denominatio. Sed hoc ponitur ad ostendendum pphetiam iacob esse completam: Gen. xlix. b. Non auferetur sceptrum de iuda ⁊ dux de femore eius/ donec veniat qui mittendus est/ ⁊ ipe erit expectatio gentium. Jam ablatum erat sceptrum de iuda: quia iste herodes erat alienigena: ⁊ ideo patet q ille natus erat qui pmissus erat in lege. x ¶ Ecce magi ab oriente venerunt hierosolymam. Non magici vel malefici: vt quidam autumant/ hi fuerunt: sed magi dicunt/ vel quia de stirpe balaam/ scdm quosdā nati sunt: vel magi/ quia fefellerūt herodem. Dicūt autem alij q magi p subtractionē litterę dicunt/ quasi a magnitudie sapientię dicti. Erant em̄ sapiētes ⁊ philosophi: ⁊ reges in terra persarū. Et sicut dicit: distabant a hierusalē itinere vnius anni: q̄ venerūt/ nō post annū: q2 tūc nō inuenissent puerū in p̄sepio/ s3 in egypto: s3 scdm Hiero. die natiuitatis iter aggressi sūt: ⁊ decimatertia die hierlm venerūt i dromedarijs. Ut pōt dici q miraculose venerūt. Chrys. dic: q aggressi sūt iter p annū vnū añ natiuitatē visa stella: ⁊ herodes occidit pueros anno secūdo post natiuitatē. Jō cū sic trāsissent duo āni vsq̄ ad occisionē puerorū/ occidit oēs pueros a bimatu ⁊ infra. Et h videtur cōsonare textui seqnti. Aug⁹ dic q christo nato/ orta ē stella: q̄ visa magi in tredeci dieb⁹ miraculose venerūt. Jō forte ē q armeni i die epiphanię natiuitatē dñi celebrāt. Jō etiā i illa nocte n̄ cātat: Uenite exultem⁹ dño: q2 magi venerūt nō vocati.

¶ Dicētes: vbi est

Moralit. v ¶ Cū ḡ natus esset iesus in bethleē iudę. i. in corde illo qđ ē domus panis doctrinę vel lachrymarū. In tali nascit iesus: id est salus. Sed multi possunt dicere illud Esa. iij. b. Non sum medicus ⁊ in domo mea non est panis. x ¶ Ecce magi/ a magnitudine. Debet em̄ homo magna dicere/ magna facere/ ⁊ magna cogitare. Uel magi/ quasi magici. Unde Ps. Sicut aspidis surdę ⁊ obturantis aures suas: q̄ non exaudiet vocē incantantium. Eccl. xii. c. Quis medebit incātatori a serpēte pcusso? Ecōtra diabolus habet suos magos: q̄ significant p magos pharaōis: Exo. viij. c. q̄ deficiūt in tertio signo. Boni em̄ pponunt ⁊ bonū se facturos dicūt: s3 in tertio signo deficiūt: q2 nihil habēt in ope. S3 magi saluatoris plus habuerūt in ope q̄ in sermōe: Plus em̄ nō dixerūt/ nisi q veniebāt adorare: s3 nō solū adorant/ s3 mūera offerūt. Itē deficiūt in tertio signo: q̄m ad faciendū bonū habent bene scire ⁊ bene posse/ sed nō habent velle: Sed scienti bonū ⁊ nō facienti/ pctm̄ est illi. y ¶ Ab oriēte venerūt:

Margin: F — Ps.88. — Esa.7.c — B — Ps.107. — D — Moraliter — Ps.57. — Jacobi.4.d

* quę ē calida

E ℣ b ¶Dicētes: ybi est ā natus est rex iudeorum. Wira res: bi peregrini natiuitatē ꝑdicāt/etiā locū ignorāt: iudei aūt locū scientes natū negāt. c ¶Vbi est ā natus est rex iudeoꝝ. q. d. ḡrimus regē recēter natū/nō herodē iā dudū i solio collocatū. Nō est credibile cū isti reges fuerint/ꝙ tres soli

a vēnerunt hierosolymam di/
b cētes: Vbi ēst qui nat⁹ est
d rex iudeoꝝ: Vidimús eīm
e stellam eius in oriēte: ēt ve/
f nimus adorare eum. Audi/
ens autem herodes rex tur/
g batus est: ēt omnis hieroso/
b lyma cum illo. Et cōgre/
i gans ōmnes ꝓncipes sacer/
k dotum ēt scribas populi/sci/
l scitābat ab eis ybi christ⁹ⁱ⁹
n nascerēt. At illi dixērūt ei:

venerūt ⁊ multis comitibus stipati fuerūt: Euāgelista tamen tm̄ de tribus regibus ⁊ munerib⁹ mentionē facit ḡm̄ de ꝓncipalioꝛib⁹. Vel quia in ternario/numerus mysticus ē posit⁹. Per istos em̄ tres: gētes q̄ ex trib⁹ filijs noe nate sūt venturę ad fidem ꝓfigurant. d ¶Vidimus em̄ stellā eius in oriente. Hinc gloriant astrologi: ⁊ ex hoc loco dicunt ꝙ lex astrologię sit firma. Contra quos Isidorus. Idem ē semp stellarū cursus: ḡre nō idem boīs status: Idem. Iniustus est deus si ex necessitate stellarum punit. Idem. Que sunt stella q̄ diluuiū adduxit: q̄ oēs homines occidit: Idem. Ante aduētū christi quę stella omnes gētes idola colere cōpellebat: Idem Isidorus. Si stelle est q̄ boni simus vel mali: ergo nec bonū nostrū laudabile nec malū vituperandū. Idem. Si adulter et homicida per stellas fiunt/magna est illarū iniquitas: maloꝛ aūt illius q̄ ad hoc eas creauit. d ¶Vidim⁹ em̄ stellā ei⁹: id est ab eo creatā ad suę natiuitatis indiciū: ⁊ specialiter deputatā ad hoc officiū: ⁊ ideo dicit: Stellam eius: quasi per appꝛopriation⁹: quia etsi cęteꝛę stellę ab ipso creatę a mūdi ꝓncipio: hęc specialiter deputata est ad natiuitatis eius ostēsionem. Solet aūt hic distingui duplex littera: Vidimus stellam eius/in iudea/nos dico existentes/in oriente. Vel/vidimus stellam eius/existentē/in oriente. Hęc stella/sicut dicit Fulgentius differebat ab alijs in situ: quia nō erat fixa in cęlo/sed vicina terrę. Item in fulgoꝛe: quia lucebat de die: q̄ non alię. Item in motu: quia alię immobiles/hęc aūt ꝓcedebat eos: ⁊ creata est de nouo/vt nouū hospem nunciaret: expleto autem officio suo/resoluta est in pristinam naturā. e ¶Et venimus adoꝛare eum. In hoc insinuant ipsum esse deū. Deut'. vi. b. Dominum deum tuum adoꝛabis.

Contra astrologos

F Moꝛaliter ✳ quę est calida ⁊ splendida regio: ⁊ significat intelligentiā/quę splēdet ⁊ charitate ardet. Bern̄. Qui amat ardētius/currit velocius ⁊ peruenit citius. Vel/Ab oriente: id est a glia parentū/⁊ luce mundanę ꝓsperitatis: quę debēt relinq̄re ꝓpter doꝛsum. Eccl̄. viij. f. Viri habentes faciem ad oriētē ⁊ doꝛsum ad templum. Qui sunt aduentes quinq; sensibus: qui habent facię ad oꝛtum suū/sed tergū vertunt christo. a ¶Venerunt hierosolymā: in religionē. Sed sicut dicit Eccl̄. xvi. a. In die oꝛtus tui non est ꝓcisus vmbilicus tuus. Propꝛ hoc petit Job. iij. a. Pereat dies in qua natus sum. b ¶Dicentes: ybi est qui natus est rex iudeoꝝ: Iste em̄ solus natus est rex. Nota autē q̄ tres questiones fiunt de filio dei. s. Vbi est: vt hic. Vbi pascit. Cant'. i. b. Vbi habitet: Joh. i. c. Et sicut quidā querunt de rege terreno vbi est: quādo. s. de nouo regnāti debent facere homagium: sic isti fecērunt magi.

ℑ. 18. c Quidam querūt vbi pascat/qui sunt de mensa eius. Quidam vbi habitet/qui magis familiares sunt. Sic adapta ista ad regem cęlestem: qui dicit vbi habitat: Vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo ꝛc. Similiter tres questiones fecit dñs homini. Prima facta fuit ad adam. Vbi es: Geñ. iij. b. Hęc tenet ad spiritū. Secūda cāin quādo dixit: Vbi est abel frater tuus: Geñ. iiij. d. Hęc fit cuilibet homini de ꝓximo suo. Tertia abraam/Geñ. xviij. b. Vbi est sara vxoꝛ tua. i. caro tua. Et ille respōdet: Ecce post ostium. d ¶Vidim⁹ enim stellam ꝛc. Primo stella est gratia ꝓuenies: quę ducit ad perfectionem ⁊ consummationē. Hęc est lucifer: de quo Job. xxviij. d. Nunquid luciferum ꝓducis in tempoꝛe suo: Qui bene significat gratiā: quia sicut lucifer ꝓcedit diem: sic gratia gloriam. Pś. Parauī lucernam christo meo. Geñ. xxxij. f.

Pś. 131. Dimitte me/tam cīm auoꝛa abscēdit: dicit Glo. Am habes gratiam. Sed iste ait: Nō dimittā te/nisi benedixeris mihi ꝓius: Et statim oꝛtus est ei sol. Stella etiam illuminat hominē interiꝛem. Apoc'. ij. g. Qui vicerit ⁊ custodierit vsq; in finē opa mea/dabo illi stellā matutinā. Job. xxxvj. d. In manib⁹ absc̄ondit lucem ⁊ ꝓcipit ei vt rursus adueniat: annūciat de ea amico suo ꝙ possessio ei⁹ sit. Itē lucifer ꝙ quindecim gradus distat a sole: sic ꝓ nouū ⁊ vetus testamētū ꝓuenit ad christū. Eccl̄s. ij. a. Da partes septē necnon ⁊ octo. Et ꝙ illa quindecim ḡ enumerat apostolus. j. Corꝛ. xiij. b. Charitas patiens est/benigna est: nō emulat/nō agit perperam/nō inflat/non est ambitiosa/nō ḡrit ḡ sua ⁊ nō irritat/nō cogitat malū/non gaudet sup iniq̄tate: ꝓgaudet aūt veritati: omia suffert/oīa credit/oīa sustinet oīa sperat. Ūñ ꝓ q̄ndecim stadia diskabat hieruſalē a bethania. Quartoꝛ q̄ sicut añ⁹ oꝛiat̄ sol demittit lux luciferi: sic ad hoc ꝙ ꝓfecti sum⁹ necesse est nos humiliter sentire de ḡra nra. Eccl̄. xviij. a. Cū cōsummauerit hō tūc incipit. Job. xi. d. Cū ce ꝓsūptū puerio/oziꝛis vt lucifer. Eccl̄. xliij. a. Luminare q̄ minuit in ꝓsummatione. Videt ḡ in oriēte stellā: q̄ recognoscit ḡram ḡ data est ei in ꝓncipio: ⁊ gras inde agit. Nā sicut dic Bern̄. ingratitudo est vetus vens/exiccans fontē pietatis/roꝛē misericordię/fluēta grē. e ¶Et venimus adoꝛare eū. Quō aūt adoꝛādus sit: dz Joh. viij. c. Venit hoꝛa ⁊ nunc est q̄n veri adoꝛatoꝛes adoꝛabūt patrē in spū ⁊ veritate. Spū/quātū ad affectū: veritate/quantū ad intellectū. Et nota q̄ in his tribus verbis continet̄ summa salutis ęternę. Vidimus/ recta fides: venimus/ bona opatione: adoꝛare/ mētis deuotiōe. f ¶Audiēs aūt herodes rex turbatus est. Audiens. s. aliū regē iudeoꝝ q̄ se queri. Turbatus em̄ fuit ⁊ ꝓpter se: q̄ timebat exitiū regni sui: ⁊ ꝓpter iꝝ romanoꝝ quā incurreret si cōsentiret nouo regi: decreuerāt em̄ romani/ ne quis rex vel dñs sine cōsilio coꝛ diceret. Turbatus est etiā ꝓpter astantē multitudinē magos cōcomitantē/q̄si erubescens aliū q̄ se regem ḡri. Et nota q̄ herodes rex dicit: vt ex collatione eius q̄ queriꝛ hic extraneus intelligat. Volebat em̄ herodes cū esset alienigena ⁊ de idumeoꝝ genere natus/ legitimus rex videri: ⁊ ob hoc etiā ⁊ ꝓpter amoꝛē mariānes vxoꝛis suę filię hyrcani sese fecerat circūcidi. Ob hoc etiā codices quibus genealogia texebat fecit cremari/ꝛm quosdā. Itē turbatus est timēs ne aliquis de semine filioꝝ suoꝝ quos susceperat de vxoꝛe nobili quę erat de semine regio et sacerdotali quos oēs occideꝛat/aliquis suscitaꝛet in vitionē sanguinis paterni. g ¶Et oēs hierosolymā cum illo. Sed ḡre/cū potius deberent gaudere de rege nato ⁊ regio semine. Dicendum ꝙ in veritate turbati nō sūt: sed turbationē simulauerūt/ vt herodis haberēt fauoꝛem: qui multū iudeoꝝ effuderat sanguinē: ⁊ iugum eis imponebat importabile. Unde dicit quidā sanctus: Solet em̄ plebecula illoꝝ ꝓncipū studijs⁹ captare benivolentiā: quoꝝ importabilē sustinet violentiā. h ¶Et cōgregās: id est simul vocās. Ecce herodis sollicitudo ⁊ formido. Congregans: vt requireret consiliū. Ecce sollicitudo. Congregans: vt ei ferrent testimoniū romanis ꝙ nihil omisisset de contingentibus inuestigando de nouo rege. Ecce formido. i ¶Oēs ꝓncipes sacerdotum. Dā dauid instituti fuerunt ad seruiendum in tabernaculo. k ¶Et scribas populi in moꝛalib⁹ ꝓcepris pplm instruebāt. l ¶Sciscitabat ab eis/palā q̄si ex bono affectu. m ¶Vbi christ⁹ nascerēt. Nota diligentiā inquirētis. A iudeis q̄rit loci/a magis tempus: vt de vtroq; fiat certus: ⁊ sic magis nocere possit. n ¶At illi dixerunt: ꝓius inter se deliberantes.

✠ In bethleē iudę.

Moꝛaliter

Moꝛaliter f ¶Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis hierosolyma cum illo. Per hoꝛdem qui diligenter locum ⁊ tempus inquisiuit/et fraudulēter misit: significatur diabolus: qui turbatur quādo iesus .i. salus nascitur in coꝛde hominis. Et diligenter inquirit tempus ⁊ locum vt occidat adhuc ipsum in infantia: hoc est in ꝓncipio: ne si salus creuerit in virum/auferat ei regnum suū. Thren. i. b. Facti sunt hostes in capite. i. in ꝓncipio. b ¶Et congregans omnes ꝓncipes sacerdotū ꝛc. Hoc facit adhuc diabolus. Unde Pś. Congregatio tauroꝝ in vaccis pploꝝ: Pś. 67. vt excludāt eos qui ꝓbati sunt argēto. Econtra de bonis ꝓlatis. Principes populoꝝ congregati sunt cum deo abꝛaam. Pś. 47. n ¶At illi dixerūt in bethleem iudę: id est in domo panis. Esto igitur domus panis/vt in te nascatur christus. Si dicis: In domo mea non est panis: Esa. iij. b. vade ad amicum et dic ei: Amice accommoda mihi tres panes: Luc'. xj. a.

✠ In bethleem.



A ℣ a ¶In bethleem iudę. Ex hoc patet ꝙ nō ex ignoꝛantia/sed ex coꝛdis duricia credere noluerunt. b ¶Sic enim scriptum est per ꝓphetā: Bicheę. v. a. c ¶Et tu bethleem terra iuda: nequaq; minima es in ꝓncipijs iuda: id est in excellentia dignitatis principum iuda. Matheus ponit veritatem/⁊ si non verba.

Bicheę. 5. a. Joh. 7. f

a ℣ b Jn bethleē iudę. Sic ēnim
c scꝛptū ē ꝙ ꝓphaz: Et tú beth
leē terra iuda: nequaq; mini
mes in ꝓncipib⁹ iuda: Ex
b tē ēnī exiet dux qui regat po
c pulum meum isrł. Tunc he
rodes clam vocatis magis:
k diligēter didicit ab eis tem
b pus stellę quę apparuit eis.
i Et mittēs eos in bethleez/
k dixit: Itē ⁊ interrogate dili
l genter de puero: et cūm in

Littera hebꝛa habet: Et tu bethleē ephꝛata paruul⁹ es in milibus iuda. Bethleem vicus minimus ē. d ¶Ex te enīz exiet dux/ christus: qui regat populum meum isrł. Nota ꝙ scꝛiꝙ qui sic ō oꝛtu christi locuti sunt/qz nō creꝺiderūt ieꝛcusabiles sunt. e ¶Tūc herodes clam vocatis magis: remotis scribis et phariseis siue sacerdotib⁹.

Timebat enim ne iudeę quasi ex dei oꝛaculo ꝓmissum occultarent regem: si se eū velle perimere ꝓsentirent. f ¶Diligenter/vt nō possit falli: g ¶Didicit ab eis: scilicet magis. h ¶Tempus stellę quę apparuit eis: Quia locū didicerat/tempus explorat. i ¶Et mittens eos in bethleem: id est ire ꝓmittens vel ire cōmonens/dixit: k ¶Ite et interrogate diligenter de puero. Nota cognito loco ⁊ tempoꝛe/restat cognitio persone. l ¶Et cum inueneritis renunciate mihi. Ecce ꝓsumptuosa ꝓcęptio. Superbus enim credit ꝙ omnes ei debeant obtemperare. Vel quasi oꝛando loquitur: ⁊ est petitio fraudulenta. Acuit enim interiꝰ nequitiam: scilicet cum exterius ostendat innocentiam. m ¶Ut et ego veniens adoꝛem eum. Rabanus. Finxit se vultu ⁊ verbis adoꝛare eum quem intima mente cogitabat occidere. Adoꝛem cum. Hoc dicit: vt per ipsum magi alacrius redirent: ⁊ ne iudei/quia coꝛum erat rex turus/ eum ab ipso absconderent. n ¶Qui cum audissent regem: vt obedirent/ꝓium estimant⁹: non ꝓpter eum tamen/sed ꝓpter deum. o ¶Abierunt/ in bethleem iudę: alacriter ⁊ velociter. p ¶Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos/moꝛe viatoꝛis. Chrysostomus. Si peccanti elementa ministrant: quid mirum si christo stella obsequitur? q ¶Usq; dum: id est donec. r ¶Veniens staret supra/ locum supple: vbi erat puer. q. d. stella: hic est quem natum esse testabar. Vnde apparet ꝙ stella in aere posita/ꝛat. s ¶Videntes autem stellam/ magi. Quędam Glo. videtur innuere/ ꝙ magi ingressi iudeam ꝺeseruntur indicio stellę: vt cogantur christum ex ipa lege inquirere: ⁊ ita habeant duplex testimoniū: legis scilicet ⁊ stellę. Dicit etiam ꝙ signum gentilibus datum non debuit apparere domesticis legis ⁊ ꝓphetarum: id est iudeis: quia si moyses ⁊ ꝓphetas non audiunt/neq; si quis ex moꝛtuis resurrexerit credent: Luc'. xvi. g. t ¶Gauisi sunt gaudio magno valde: inuento quod tantum desideꝛauerant. v ¶Et intrantes domum: diuersoꝛum illud: de quo dicitur Luc'. ij. a. Non erat locus in diuersoꝛio. x ¶Inuenerunt puerum cum maria matre eius. Nō dicit cum ioseph: quia diuina dispositione actum est vt ille a boꝛa absens esset: ne crederent de ipo christum natum. Unde dicit Hilarius super locum istum: ꝙ ioseph non legitur post natiuitatem christi vir marię dictus. In quo innuitur ꝙ ante natiuitatem vir eius dicebatur quasi nuncius ad officium: sed post natum puerum non est dictus vir: vt per hoc insinuaretur ꝙ christo nato poterat ei pueri solatium sufficere. y ¶Et ꝓcidentes. Hoc fuit signum humilitatis. z ¶Adoꝛauerunt eum/tam coꝛpoꝛe q̄ mente. Tunc adimpletum est illud Esa. xlv. a. Subijciam ante faciem eius gentes. Pś. Et adoꝛabunt eum omnes reges.

Pś. 71.

✠ Et apertis

Moꝛaliter ✳ a ¶In bethleem. Ecce illi bene docent: infra. xxiij. a. Omnia quęcunq; dixerint vobis facite. d ¶Ex te enim exiet dux qui regat populum meum ꝛc. De studio esse debet exire qui eligitur ad ꝓlaturam vel ad ꝓdicandum/ non semper ibi manere. Unde Esa. xxvij. b. Qui egredientur impetu a iacob/florebit ⁊ germinabit isrł. A lucta em̄ studij debet exire. Eccl̄. vlt'. c. Anima mea colluctata est in sapientia: infra. xiij. a. Exiit qui seminat seminare semen suū. k ¶Ite et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis renūciate mihi: vt et ego veniens adoꝛem eum. Iste significat hypocritas qui aliud habent in coꝛde/ aliud in oꝛe. Eccl̄. j. d. Moli esse hypocrita i ꝓspectu hominū. n ¶Qui cum audissent regem/abierūt. Ecce obedientia. Prouerb. xxj. d. Uir obediēs loquitur victorias. p ¶Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos. Tribus ō cansis ali quis antecedit alium: vel vt viam demonstret: vel viam ꝓparet: vel ad ambulandum alliciat. Sic gratia dei antecedit nos vt viam demonstret. Pś. Vias tuas demonstra mihi. Esa. ij. a. Docebit nos vias suas. Ad ꝓparandum etiam viam. Unde iohannes: id est gratia parat viam domino. Joh. 1. Ꝓcedit etiam nos ad alliciendum. Unde misericordia domini ꝓuenit nos vt velimus: sequitur autem nos ne frustra velimus. q ¶Usq; dum veniens staret supra vbi erat puer. Postq; enim gratia induxit nos in domus veri saluatoꝛis: id est in patriam/ibi stat: quia tunc in gloria confirmamur. Vel supra domum vbi nascitur christus: id est salus/stat gratia: quando confirmat eam in homine. Unde. ij. Thessal. iij. a. Fidelis deus est qui confirmabit vos ⁊ custodiet a malo. s ¶Videntes autem stellam/magi gauisi sunt gaudio magno valde. Naturaliter gaudet mens dominis/ cum succedunt ei ꝓspera: sed gaudio gaudet/cum equanimiter sustinet aduersa: sed valde magno gaudio gaudet/cum ei contūmelię sunt gratę: sicut Act'. v. g. Ibant apostoli gaudentes ꝛc. Primum gaudium habuit isaac/ deo manens gratus in ꝓsperis. Secundum iob: qui innocentiam suam defendit in aduersis. Tertium/laurentius atq; vincentius: qui carnifices irriserunt in tormentis. Item gaudium est in vita naturali: vt per ecclesiam patet: Esa. xxxviij. d. Dozientium est pęna ⁊ tristicia. Bonus autem gaudium est in vita gratię: Sed maximum gaudium est in securitate conscientię: In gaudio esse illius non miscebitur extraneus: Prouerb. xiij. b. ij. Corinth. j. c. Gloria nostra hęc est/testimonium conscientię nostrę. Incomparabiliter maius gaudium est vita glorię. De quo Job. xvj. c. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. v ¶Et intrantes domum/ecclesiam. De qua Esa. lvj. c. Domus mea domus orationis vocabitur. x ¶Inuenerunt puerum cū maria matre eius. Puer mitis est/facile iras ꝓponit/⁊ iniurias remittit/ ⁊ sua libenter tribuit: Sic illi qui libenter venit ad ecclesiam/hęc facit dominus: sed hoc non sine maria: id est sine amaritudine contritionis. Job. vij. c. Confabulabor cum amaritudine animę meę. Vel/ v ¶Intrantes domum: id est religionem: de qua Pś. Domum tuam decet sanctitudo domine. x ¶Inuenerunt puerum/iesum vel salutem: cum maria/amaritudine ꝓnitentię: vt habetur. ij. Timoth. iij. c. Qui pie volunt viuere in christo ꝓsecutionem patiunt. Ecce maria. Act'. xiij. d. Per multas tribulationes oꝛtet nos intrare in regnum cęloꝝ. Ūñ Exo. iij. g. Moyses inuenit domū domini in rubo ardente. Item/ v ¶Intrantes domū/ꝓscientiam. Esa. xxvj. d. Vade populę meus/ int. a in cubicula tua: claude ostia tua sup te: abscōdere modicū ad momētū donec ꝓtrāseat indignatio mea. Intrat autem qui ꝓscrutatur eam. Thren. iij. c. Scrutemur vias nostras ⁊ gram⁹ ⁊ reuertamur ad dñm. Aug⁹. Cōsce/de o homo tribunal mentis tuę/⁊ statue te coram te: sit ratio iudex: accusatrix/ꝓscientia: testis/memoria: toꝛtoꝛ/timoꝛ ꝛc. y ¶Et ꝓcidētes adoꝛauerūt eum: in quo notat humilitas. Eccl̄. xxxv. c. Oratio humiliantis se nubes penetrabit.

Causa quare alius aliū antecedat

Pś. 24.

Joh. 1.

Pś. 92.

D

✠ Et agtis

E B a ¶Et aptis thesauris suis obtulerūt ei munera: aurum/thus ⁊ myrrham. Nec aperuerūt donec venerūt ad christum. Deprędari em̄ desiderat/q̄ thesaurū publice in via portat. Interlū. Fidē suā mysticis profitent̄ munerib⁹. Aurū regi/thus deo/myrrhā mortali. Esa.lx.b. Oēs de saba veni/

unt: aurū et thus de/ferentes. Oēs dicit: qz aliq̄ de oībus. Vel figuraliter / oēs: qz p ipsos significat totū gen⁹ humanū: q̄ de tribus filijs noe ē ꝓ creatum. Quare non nominat esaias myrrham? Quia ei⁹ mortalitas satis erat apta ⁊ manifesta: ꝙ diuinitas q̄ per thus/⁊ regia dignitas q̄ per aurū designat/ erant latentia. Ān ꝓ ꝓphetiam esaię ꝓfundunt

7.q.1.ca.auctoritas.et. 23.q.3.c.1.

iudei q̄ cū puerū bosem credūt. Mota aūt triū magoꝝ hebraice sunt hęc: Appellius/q̄ interpretat fidelis: ⁊ significat p̄itionis fidē q̄ iustificat. Amerus/qui humilis: ⁊ significat cōfessionē. Damasius/qui misericors: ⁊ significat satisfactionē: q̄ p opa misericię fit. Itē grece: Magalaath/q̄ interpretat nūcius: ⁊ significat p̄dicationē q̄ est nūcius dñi. Galgalath/devotus. Sarachin/gratiosus. Vel latine: Caspar/balthasar/melchi/or. b ¶Et responso accepto in somnis ne redirēt ad herodē. In dubio em̄ erāt an ad ip̄m rediret ⁊ de ortu pueri pręnūciarēt: Ūn sup hoc certificari volebāt: ⁊ postulabant a dño/nō vocali sono: ꝙ ardenti desiderio. Glo. aūt dicit: q̄ hęc rep̄sio nō fuit p angelū/ꝙ p ip̄m deum. Sed ārē nō dixit eis puer: Ne videret̄ phārisa. Itē ne p ip̄m puerū iam loquentē deū esse cognoscerēt: ⁊ sic fidei meritū eis diminueret: q̄ non habet meritū/cui būana rō ꝓbet experimentū. d ¶Per aliā viā reuersi sūt i regionē suā. i. paradisum. Si em̄ hō recesserit p superbiā: debet redire p humiliationē: si p inobedictiā p obediētiā: si p luxuriā/p castitatē. Chrys. Venisti p viā luxurię ad herodē: ambula decetero p viam castitatis. Venisti per viā auaricię: ambula decetero per viā elemosynarū. Si em̄ p ēmā viā redieri/iterū sub regnū herodis vadis. Prouer.iij.c. Dię ei⁹ vię pulchrę ⁊ oēs semitę ei⁹ pacifię. Cāt.vj.d. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te.

e ¶Qui cū recessissent: ecce ągelus dñi apparuit i somnis ioseph/dicēs: Pręterit matheus de circūcisiōe ⁊ oblatiōe pueri i tęplo: q̄ diligēter ꝓsequit lucas. Trāsit etiam

a Et aptis thesauris suis obtulerūt ei mūera: aurū/thus ⁊
b myrrhā. Et rēspōso accepto
c in somnis nē redirēt ad he/
d rodē/ pēr aliā viam reuersi
e sunt in regionē suā. Qūi cū
f recessissent: Ecce ángelus
g dñi apparuit in somnis iō/
b seph/dicēs: Sūrge ⁊ accipe
i puerū ⁊ matrem eius ⁊ fuge

k in egyptum: ⁊t esto ibi vsq̄
l dū dicā tibi: Futurū est em̄
vt herodes querat puerum
m ad perdendū eū. Qui con/
surgēs accepit puerū ⁊ ma/
n trem eius nocte ⁊t secessit in
egyptum: et erat ibi vsq̄ ad
o obitū herodis: vt ādimple/
retur quod dictum est a do/
mino p ꝓphetam dicentem:

6

ei⁹. Chry. Nō dicit: accipe matrē ⁊ puerū/ꝙ em̄ ꝓpē matrē ipse fili⁹ nat⁹ ē/ꝙ ꝓpē filiū hūc illā mr̄ ē ꝓgnata. Nec pueri erat glia illā mr̄ habere/ꝙ illi⁹ erat britudo istū habere filiū. Ūn Luc'.j.e. Ecce em̄ ex p̄ brāz me dicēt oēs generatiōes. Hilari⁹. Nō dix filiū tuū: nec dicit ꝓiugē tuā: post natū em̄ dñm nō legit vir ei⁹. i ¶Et fuge i egyptū. Vira humilitas ꝓ ille q̄ ē refugiū oīm/fugit: vt oīēdat ver⁹hō: q̄ em̄ fugit nō fuit timoris ꝙ exēpli: vt doceret suos fugere. Nō em̄ fugit mortē qui mori venerat. j.r.c. Si vos pśecuti fuerint in vnā ciuitatē fuzite in aliā. De hac fuga dixit Esa.xix.a. Ecce dñs ascēdet sup nubē leuem. i. carnē leuē a pctō/ igredietur q̄ egyptū: ⁊ cōmouebunt simulacra ei⁹. Tradit aūt hist̄oria: q̄ sic dñs ꝓcurante factū est: vt in nocte q̄ egrēi sunt filij israel ex egypto: Exo.xij.c. in qualibet domo morer̄et ꝓmogenitū aliq̄s / vt homo vel pecus: sic eodem ꝓcurante factum est q̄ domino in egyptum ingredienti/nō fuit templū in egypto in quo non corrueret ⁊ confringeret aliq̄d idolum. Dicit autem q̄ in heliopoli steterit: quę interpretatur ciuitas solis.

b

Mota aūt q̄ est fuga

Prudentię. j. Reg'.xx.a. Fugit dauid de naioth ⁊t. j.r.c. Si vos pśecuti fuerint ⁊t.
Cautelę. i. Cor'.vj.d. Fugite fornicationem.
Discretionis. iij. Reg'.xix.a. Fugit helias et petiit animę suę vt moreret.
Pusillanimitatis. Prouer.xxviij.a. Fugit impius nemine persequente.
Humilitatis: vt hic. Chrys. Descendit in egyptū/nō mortē fugiēs: ꝙ vt mortifera idola dissiparet: k ¶Et esto ibi vsq̄ dū. i. donec/dicā tibi. Argumētū q̄ int̄ malos possum⁹ latere. l ¶Futurū ē em̄: vt herodes grat puerū ad p̄dēdū eū. Interlū. Ecce q̄ fraudes nō latent deū. j. Reg'.xvj.d. De⁹ aūt intuet ꝏa. Allegorice: iste trāsit⁹ significat trāsitū ad gētes ⁊t. Mozalr. f ¶Ecce angel⁹ ⁊t. Loquit angel⁹ i somnis: qz hō nescit vtrū a ḡra vl a diabolo inspirēt ei. Zach.iiij.a. Ang'l⁹ q̄ loq̄bat i me. Puer ē ꝓitas vīte: Bar puritas ꝓscię. Puritas em̄ ꝓscię generat ꝓitatē vīte. i ¶Et fuge i egyptū. i. i religionē vl in statū pnię. Esa. l.b. Induā celos tenebris ⁊ saccū ponā opimētū eoz. De hac fuga Zach.ij.b. O/o/o/fugite ō ēra aq̄lonis. Dicit aūt ter/o/ꝓ. tria q̄ impediunt fugere de mūdo. i. timoz/pudoz/amoz.

Allegorice Mozaliter

Adlitterā

Mozaliter

i ¶Futurū ē vt herodes ⁊t. Pharao em̄ ꝓtēpt⁹ surgit in scādala. Hoc significatū ē Apoc'.xij.a. Draco stetit añ mulierē q̄ erat paritura/vt cū pepisset filiū ei⁹ deuoraret. Vt herodes/vana glia: q̄ pśeqt bonū op⁹/vt bonū ꝓpositū. Sz fugiēdū ē in egyptū/i abscōdito facere. j.vj.a. Cū orauer⁹ intra i cubiculū tuū ⁊ clauso ostio ora pr̄z tuū i abscōdito. m ¶Qui ꝙsurgēs accepit puerū ⁊ mr̄em ei⁹ nocte. Puer dic ꝓmo: mr̄em secūdo: q̄ vnū ꝓpē altez/⁊ ñ ecōuerso. Ecce stati mādatū exeqt. In q̄ arguit tarditat̄ p̄ grozꝝ. n ¶Et secessit i egyptū: et erat ibi vsq̄ ad obitū herodis. i. septem annis. o ¶Vt adiplerēt q̄ dictū ē a dño p ꝓphām dicētē: ex egypto vocaui filiū meū. Osee.xj.a. Vt vt q̄dā volūt/ Nūeri.xxiij.b. vbi dixit balaā: De⁹ eduxit illū de egypto ⁊t. Mozalr. m ¶Qui ꝙsurgēs de nocte ⁊t. Hoc ē q̄ occulte debem⁹ fugere de mūdo. Eccl.xxxvij.a. Zelātib⁹ te ñ reueles ꝙsiliū. i. parētib⁹ carnalib⁹: sic iacob nescięte labā recessit: Gen.xxxj.c. Et expecta obitū herodis. Eccl.vij.d. Memo/

Mozaliter

ℌ rare nouissima



A ℌ rare nouissima tua ⁊t ex̄ū ñ peccab⁹. a ¶Tūc herodes vidēs/p⁹ ānā ⁊ ciaphā: q̄ dies a natiuitate christi. Tantū em̄ ī pueros desęuire distulit: q̄ patet ex solēnitate eoz: qz ītermedio tpe romā ꝓfect⁹ ē accusat⁹ a filijs suis aristobulo ⁊ alexādro: q̄ erāt filij mariānes: q̄ erāt nobiles ⁊ ō regio genere. b ¶Quī illusus eēt a magis:

Ex egypto vocaui filiū meū.

c ¶Irat⁹ ē valde. Accumulat ira defacili priusq̄ turbato per natiuitatez. Econtra dicitur de viro iusto: Prouerb.xij.c. Non contristabit iustū q̄cunq̄ quid ei acciderit. d ¶Et mittēs occidit: id est occidere fecit. Ille enim facit/cuius auctoritate fit. e ¶Omnes pueros: vt q̄ natus erat non effugeret. f ¶Qui erant in bethleem et in oībus finib⁹ eius: ōr in rāta multitudine latere non posset. g ¶A bimatu et infra ꝙm tempus quod exquisierat a magis. Hęc dictio/infra: quandoq̄ dicit ordinē numeri: quandoq̄ ordinem temporis. Valoz pars sanctorum conuenit in hoc q̄ hic dicat ordinem temporis. Et est sensus. Occidit a bimatu ⁊ infra: id est a biennio vsq̄ ad vnum ꝑiem: id est omnes qui habebant duos annos vel minus. Baiores em̄ semper sunt posteriores tempore. Chrysostomus ꝓ vult q̄/infra/dicat hic ordinem numeri. Et est sensus: Occidit omnes pueros a bimatu ⁊ infra: id est a biennio ⁊ post natos vsq̄ ad q̄tuor annos. Sed queritur cum sciret christum esse anniculum ⁊ quattuor dierum: quare non occidit anniculos solos? Gregorius determinat: ⁊ ponit ꝓmam causam eius sęuitiam: quia ex effrenata crudelitate excessit numerum annoz. Vel ideo: quia puero nato audierat stellas famulari: ⁊ ideo timebat ne statu ram suum transmutaret in aliam infra vel supra ętatem. Notandum autem ꝙm litteram q̄ licet innocentes descēderint ad limbum: sicut moyses/iob ⁊ alij veteris testamenti: tamen nō agit ecclesia festum illoz⁹ sed istoz⁹. Fuerunt em̄ martyres licet non ꝓprie. Martyr em̄ idē est quod testis christi. Ipsi aūt non loquendo sed moriendo confessi sunt. Fuerunt em̄ martyres actu/non voluntate. Voluntate autem non actu fuit martyr iohannes euangelista: ⁊ hoc magis martyriū. Sz ꝓpriissime actu ⁊ volūtate: vt stephanus. Unde ordinant festa istoz⁹ trium ꝙm maloꝝ ⁊ minoꝝ dignitatez. Quia em̄ dignius est esse martyrē actu ⁊ volōsate q̄ volūtate sola: ideo antecedit festū beati stephani festū beati iohānis euangelistę. Quia etiā plus est esse mr̄ volūtate q̄ actu ⁊ nō volūtate: ideo ꝓcedit festum iohannis festum innocentum. Multis autem de causis fit mr̄. yr. Pro iusticia occisus/vt abel: pro lege/vt machabei: pro salute populi/vt christus: pro fide christi/vt laurentius: pro christo/ vt innocentes: pro libertate ecclesię/ vt thomas cantuariensis: pro assertione veritatis/ vt hieremias/esaias: pro argutione peccati/ vt iohannes baptista.

B Duplex martyrium

Multis modis fit martyr

Mozaliter. a ¶Tūc herodes vidēs qm illusus eēt. Hoc sit q̄n diabolo instigāte aliq̄s intrat religionē: vel aliud bonū facit/vt cū apostataueret petoz fiat. Sed si pseuerat/tūc herodes illudit. Job.xl.d. Illudēs ei quasi aui? Ps. Draco iste quē formasti ad illudendū ei. Et tūc exaggerat diabolus pśecutionē. Unde Glo. sup Exod. viij. Pharao cōtemptus surgit in scandala: Et cū non pōt inuadere pfectos/inuadit minores: sicut herodes pueros. Hiere.lj.d. Repleuit ventrem suum teneritudine mea nabuchodonosor rex babylonis: dicit religio. i. nouicius. In bethleē aūt sunt: q̄ nūero ⁊ merito. In finibus aūt sunt: q̄ nūero tm̄. Sz vtroq̄ occidit herodes. g ¶A bimatu. i. illos q̄ duo mādata charitatis implent: vel q̄ vita ⁊ scientia pollēt. Sz pauci sunt tales. Plus⁹ autem sunt/ b ¶Infra: de quibus Zach.xj.d. Brachiuz eius ariditate siccabit ⁊ obtenebrescet eius oculus dexter. Per ariditatem brachij/amissio boni operis designatur. Per oculum dextrum/vita significat: per sinistrū/scięntia. i ¶Tūc adimpletū est quod dictū est per hie. eniam ꝓphetam dicentem: Hiere.xxxj.c. Interlū. Adimplenum dicit: quia anteq̄ fieret/legētibus erat semiplenū: Nam q̄ in ea sonabat/ aliquid futurū occulte ꝓmittebat. Mota aūt hist̄oriam/vt melius possit adaptari ꝓphetia. Tegitur Judicl.

ꝓpter vrozem leuite ꝓpter fornicationem gemptā: ⁊ ꝙm numerum tribuum in duodecim partes diuisam/omnis israel tribum beniamin ꝓter trecentos viros deleuit. Dicit tamē in fine ciusdem ca. q̄ remanserunt sexcenti viri. Eozum autē qui supfuerunt ploratus ⁊ vlulatus auditus est vsq̄ rama: qui est

C

locus iuxta gaba duodecimo miliario a bethlez. Audita: eraggerat etiā vt byblice rachel iā mortua dolentis affectu filios flere dicat? Per hoc etiam de chaldęis hist̄oria testatur/ q̄ sicut illi ploraueri⁹: sic iudęi fractos/ꝙ fractos a nabuchodonosoz. Sz veritus ꝓ uelāte ꝓ euāgelistam spū ꝓphetia de nece pueroꝝ accipit. Dicit ꝙ: k ¶Vox in rama audita ē. Rama locus ē iuxta gaba. Glo. In rama/in excelso. l ¶Ploraz⁹/lachrymarū. m ¶Et vlulatus multus/singultus siue planctuū. Mota q̄ vlulatus ꝓprie ē irrōnabiliū: in q̄ notat⁹ doloz excessisse modū. n ¶Rachel plorans filios suos. i. bethleē sic dicta ꝓpter rachel ibi sepultam. Sed quare dicit rachel ploransse filios suos/cum tribus iuda q̄ bethleez tenebat nō de ea sed de sorore sua ilia fuerat orta? Risio: quia nō tm̄ in bethleem ꝙ in omnibus finibus eius pueri occisi sunt. Tribus autem beniamin q̄e de rachel orta est ꝓprima fuit tribui iudę: Unde credit̄ potest multos de tribu beniamin fuisse occisos/quos ꝓgenies rachel plorauit. Sed̄m autem q̄ de nece pueroꝝ ꝓphetia intelligit̄/ideo rachel plorasse dicitur: quia iuxta bethleem vno miliario sepulta est: Gen.xxxv.c. Et mozt⁹ propheti/co dicitur egisse illa/ quę in illo gerebant̄ loco. Vel ꝙm quendam modum loquendi. q. d. tantus fuit doloz ⁊ luctus vt etiam mortui lugere ⁊ compati deberent. o ¶Et noluit consolari: quia non sunt: reuocandi supplendi ad vitam. q. d. quia mortui sunt. Allegorice. k ¶Vox in rama audita est ⁊t. Rachel/videns ꝓncipium/eit ecclesia: q̄ ploraz tria genera filioz. Quoslam miserabiliter passos: ꝙ quia scit illos esse beatos/non vult consolari hic: sed omne solatium transmittit ad ęternam vitam. Unde Ps. Renuit consolari anima mea. Allios videt ꝙ immensitate supplicioꝝ apostatasse: ⁊ de his non consolat/sciens ipsos esse damnatos. Osee.xiij.d. Consolatio abscondita est ab oculis meis: quia ipse inter fratres diuidet. Allios vult parere: ⁊ non potest ꝓpter eoꝝ maliciam: vnde non consolat/quia non sunt: Sūt em̄ socij eius q̄ nō est: Job.xviij.c. Esa.xxxvij.a. Venerūt filij vsq̄ ad partū ⁊ nō est virtus pariēdi. Mozaliter. Rachel/ ꝙlatus videns qualitatem subditoꝝ/ diligenter agnoscere debet vulnus peccatoris sui. Vnde debet flere interfectos populi q̄ mortale. Hiere. ix.a. Quis dabit capiti meo aquam ⁊ oculis meis fontem lachrymaꝝ: ⁊ plorabo die ac nocte interfectos filię populi mei. Hiere.xiij.c. Educet oculus meus lachrymam quia captus est grex domini. Dic regi ⁊ dñatrici: id est abbati ⁊ abbatisse: Humiliamini ⁊ sedete: quia corona de capite vestro descēdit. Corona sunt subditi. o ¶Et noluit consolari. Osee.xiij.d. Consolatio abscondita est ab oculis meis: quia ipse inter fratres diuidet. p ¶Defuncto autem herode: ascalonita/de quo ꝓdictū est. Defuncto: toto corpe corrupto ⁊ a domino plaga gehēnali pcusso: ita vt de carne eius vermes scaturrent. Unde cum ipemet ꝓ nimio doloze sibimet manum immitteret/ vindicta facta est de innocentū occisiōe/ ⁊ de alijs iniquitatibus eius. q ¶Ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens: surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius ⁊ vade in terram israel. Quia non distinxit in quā partē ire debeat: intellerit eaz quę digniozem est. s. hierusalē.

Hiere.3.g et.31.c

Allegorice

D

Ps.76.

Mozaliter

Deut.12.d

ℌ Defuncti sūt em̄

Mozaliter. q̄ ¶Ecce angelus dñi apparuit in somnis ioseph: vt nō gramus manifestas apparitiones sic iudei: Si tu es christus dic nobis palā. r ¶Surge ⁊ accipe puerū. i. purificatū animū. s ¶Et matrē eius. i. ꝙscięntiā depuratā. Sicut em̄ mater puerū errantē castigat/ ⁊ quid faciē dū sit instruit: sic ꝙscięntia animū reꝑhendit/ ⁊ quid sit faciendū demonstrat. t ¶Et vade in terram israel. i. in statum p fectoroū: ex̄iens de egypto. i. de imperfectoroū statu. Terra aūt

Mozaliter

Joh.10.c

✳ israel/religio.

Universidad de Deusto
Biblioteca





E ℣ a ¶ Defuncti sunt eñ ā querebāt ālam pueri: Herodes.l.t fautores eius. Scribę eñ t pharisęi mortem pueri cū herode meditabant: Unde scribę mortui sunt/ quo ad potestatem: quia non audebant istud facere.

B Sollicitudo multiplex sollicitudo. Est em̃ quedam prouiden/ tie spũalis: Et hec precipit Prouerb. vj. a. Uade ad formicã o piger et disce sapientiam. Est ꝛ sollicitudo tempalis necessitatis: que est tolerabilis. De q Gen. iij. d. In sudore vultus tui vesce/ ris pane tuo. Est etiam sollicitudo su/ perfluitatis et curiositatis: Hec ꝓue/ nit ex amore inordinato terrenorum et diffidentia eternoꝝ: De hac Prouer. xj. a. Expectatio sollicitorũ peribit. De hac etiam dicit Luc. viij. b. super illũ locum: Semen est verbum dei/ Glo. Sollicitudo huius seculi suffocat ver/ bũ dei. Ibi Bern. Circuit sedulus ex/ plorator: sequitur/ obsequit/ simulat/ dissimulat/ pedibus ac manibus repẽs si quo mõ se possit ingerere in patrimo niũ crucifixi. Chryſ. Sollicitudo de/ sperationis est filia. Prima sollicitudo est cõmendabilis: scḋa tolerabilis: ter/ tia vituperabilis. g ❡ Quid manducetis. Hic suggillã/ tur gulosi: quoruz deus venter est: Sicut de guloso esau dici/ tur/ Gen. xxv. d. Aug°. Pascebat contemnentẽ se ꝛ non pascit obsequentẽ. Chryſ. Escam etsi sollicitus non fueris habebis: iusticiam ꝙo nisi sollicitus fueris non habebis. Que ergo sa/ pientia de hoc sollicitum esse qd sine sollicitudine etiam appre hẽdes: ꝛ non esse sollicitum de eo qd nisi sollicitus fueris per/ des? Phil. iiij. a. Gaudete in domino semp. h ❡ Nec cor/ pori vestro quid induamini. De duob° loquitur de qui/ bus est maxima sollicitudo. s. cibo et vestitu. i. Timoth. vj. b. Habentes alimenta ꝛ quibus tegamur ꝛc. De his duob° sol/ licitus erat qui induebatur purpura et bysso et quotidie epu/ labatur splendide: Luc. xvj. e. Habentes igitur victum ꝛ qui/ bus tegamur his contenti simus. Hieronym°. Ornatus pa/ riter et sordes fugienda sunt: alterum enim gloriam/ alterum ignominiam sapit. i ❡ Nonne anima plus est q̃ esca/ et corpus plus q̃ vestimentum? q. d. qui dedit animam que magis est/ dabit et escam que minus est. Quantũ ad escã dat exemplum de volatilibus: quantũ ad vestimẽtũ de liliis. Nonne aĩa plus est q̃ esca. i. vita ve/ stra. Simile Iob. xij. d. Qui amat animã suam perdet eam: id est vitam. q. d. domi/ nus: ne timeatis/ qui dedit animam: dabit escam. k ❡ Et cor/ pus plus q̃ vesti/ mentum? q. d. sicut longe maius: q: hoc ꝓpter illud est datũ vel factum. Chryſ. Luc. 12. d.
Anima nõ moratur nisi in corpore ciba/ to: multi tamẽ de aĩa sunt solliciti parum quid manducẽt. Et maxime theologi: qui cibũ anime ori apponunt nec inde comedunt: dum qd in scho lis audiunt non faciunt: sed pro laude aut temporali mercede vendunt. l ❡ Respicite volatilia celi: que non perpetuo erunt ꝛ ideo minora ꝛ indigniora sũt. Chryſ. Confirmat pri/ mo ab anima/ vt a maiori: deinde a minori/ vt a volatili. m ❡ Quoniã non serunt: ad victum suum curandum. n ❡ Neq̃ metunt/ laborando. o ❡ Neq̃ congregant: laborum sollicitudinẽ addẽdo. In primo sugillant timidi: in scḋo auari ꝛ inquieti: in tertio raptores ꝛ tyranni. p ❡ In horrea: qd fecit ille diues stultus: Luc. xij. c. dicẽs: Quid fa ciam quia non habeo quo congregẽ fructus meos: hoc faciã: destruã horrea mea ꝛ maiora faciã illa ꝛc. Dixit aũt illi deus: Stulte hac nocte animam tuam repetẽt a te. Chryſ. Anima/ lia omnia fecit deus ꝓpter hominẽ: hoĩem aũt ꝓpter seipm. Si ergo animalibus ministrat ꝓpter hoĩem: quõ hoibus nõ ministrabit ꝓpter seipsum? q ❡ Et pater vester celestis pascit illa: non deus meus: sed pater vester: vt illis conside/ ratis multo magis vos pascat: qui estis filij. Ps. Qui dat iu Ps. 146.
D mẽtis escam ipsoꝝ. Job. xxxviij. d. Quis preparat coruo escã? Rab. Quis rex deuotis militibus debitam non procurat ali/ moniã? Quis dñs seruis suis nõ ministrat cibaria? Quis pa ter non dat filiis? Noli homo exacerbare deum pro te taliter cogitando. Dato regno suspiras panẽ/ indutus immortalita/ tis gloria/ plãgis corporis vestimentũ? Aug° et Rab. hec ad litterã intelligunt: Uerisimiliter tñ possunt exponi de religio/ sis: qui nec serunt nec metunt ꝛ nihil in terra querũt ꝛ ab om/ ni mundana sollicitudine semoti/ sola contemplatione in celo degũt. De quibus Esa. lx. b. Qui sunt hi qui vt nubes volãt: ꝛ quasi columbe ad fenestras suas? r ❡ Nonne vos ma/ gis pluris estis illis? Modus loquendi est/ respondens translationi. q. d. maioris enim precii estis. Si igitur de illis curat/ ꝛ de vobis. s ❡ Quis autem vestrum cogitãs/ sollicitudine et studio anime: t ❡ Potest adiicere/ corpo/ rali sagacitate ꝛ labore: v ❡ Ad staturam suam cubitũ vnum? q. d. nullus. q. d. qui dedit corpori augmentum/ dabit ꝛ vestimentum. Alia littera dicit: Ad etatem suam. Et sic probat dominus per rationem augmenti: ꝙ de cibo non de/ bent esse solliciti: quia si cibus est ad augmẽtum vel nutrimẽ/ tum: deus autem vtrũq̃ operatur: ad quid igitur cibus cum tanta sollicitudine acquiritur? Chryſ. Sicut sollicitudo cor/ pori non potest apponere: ita nec cibum congregare. x ❡ Et de vestimentis quid solliciti estis? q. d. si corpori ad/ dere non potestis/ de vestibus non curetis: quia in his ꝛ aliis prouidebit eis qui ea fecit. y ❡ Con/ siderate lilia agri quomodo cre/ scunt: quasi. s. tam coloribus precio/ sis induta sunt. a ❡ Non laborãt: coloribus se ornãdo. b ❡ Neq̃ net/ indumẽta sibi conficiẽdo. Chryſ. Qd dicit/ laborãt/ ad viros ptinet: qd dic/ nent: ad feminas. Item. Cur non dicit pauonem ꝛ cygnum? propter vtilitatem maiorem: Et ideo et lilia fenum vocat.

z ❡ Lilia agri: vir/ gines. Cãt. ij. a. Sicut liliũ inter spinas sic amica mea inter filias.

❧ Dico autem vobis

Moraliter. Per lilia actiuos: per volatilia cõtemplatiuos: per fenum intellige prescitos. Moraliter

a b alterum diliget: aut vnum
c sustinebit et alterum contem
d net. Non potestis deo serui/
e re et mammone. Ideo dico
f vobis ne solliciti sitis anime
g vestre quid manducetis: ne
h q̃ corpori vestro qd indua/
i mini. Nonne anima plus est
k q̃ esca: et corpus plus q̃ ve
l stimentum? Respicite vola/
m tilia celi: quoniam non serũt
n o neq̃ metunt neq̃ congregãt
p q in horrea: et pr vester celestl
r pascit illa: Nonne vos magl
s pluris estis illis? Quis autẽ
t v vrm cogitãs põt adiicere ad
staturã suã cubitũ vnuz? Et
x de vestimẽtl qd solliciti estl?
y z Considerate lilia agri quõ
a b crescũt: nõ laborãt neq̃ nẽt.

C

Universidad de Deusto
Biblioteca



nō debetis. b ¶Quoniam nec salomon: qui ꝑ alios hominibus floruit: qui dicit Eccl̄s. 9. b. Supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in hierusalem. c ¶In omni gloria sua/triplici: diuitiarum/scientiarum/ potentiarū. Alia lra: In omni regno suo. d ¶Coopertus est sicut vnum ex istis: id ē tam pulchre. Vel q̄ in salomone fuerunt vestes aliene: in illo vero ꝓpꝛie vestes quas natura dedit ei. Chrysostomus. Salomoni homines ministrabāt vestes: ishi autē deus. e ¶Si enim fenum agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur: id ē in fornacem: vel in acerū factum ad modum clibani. Crastinum/autem ꝓ futuro ponitur. Sile Ecl̄s. xxx. c. Rūdebit mihi cras iustitia mea. b ¶Deuo sic vestit: id est tam pulchre ornat. q. d. si ista que tm̄ ad vsum temporis sunt & tam cito deciduntur ita ꝓpia cras cremabuntur: a dño tā venuste ornant. i ¶Quāto magꝭ vos: supple vestiet: k ¶Modice fidei: qui de ꝓmissione dei dubitatis. Interliñ. Quicunq̄ in aliqua ꝓmissione dubitat/modicus est fide: & q̄to plus dubitat/minus inuenit ea ꝓ quibus sollicitus fuit &c. l ¶Nolite ergo solliciti esse/dicentes: quid manducabimus/ aut quid bibemus/ aut quo operiemur? Hec enī omnia gētes inquirūt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quērite ergo primum rēgnum dei & iustitiā eius: & hec oia adicientur vob̄. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enī dies sollicitus erit sibiꝑ ipsi. Sufficit diei malicia sua.

d ¶Coopertus ē sicut vnū ex istis. Ornamentū corporis: purpura et byssus. Mundicia autē & patientia sunt quasi due puelle que vestiunt animam pura & bysso. Byssus ad mundiciam pertinet: purpura ad patientiā. Prouerb. xxxi. c. Purpura & byssus indumentuz eius &c.

e ¶Fenum/ diuites. Jaco. 5. b. Diues sicut flos feni transibit: exortus est sol cū ardore et arefecit fenum: et flos eius decidit et decor vultus eius deperiit: sic & diues in itineribus suis marcescet. ¶Crastid est subito vel instanti die iudicii. g ¶In clibanum/ gehennę. h ¶Deus sic vestit. ō. v. g. Qui solem suum facit oriri super bonos & malos. De hoc ꝙno sic vestito & postea in clibanum ꝓiecto legitur Luc'. xvi. e. Homo quidam erat dives: et induebat purpura & bysso/ecce vestimentum: et postea sepultus est in infernū/ecce clibanus &c.

Dñs sollicitudinē ꝓbibet ꝓpē multas causas

a b Dicō autem vobis quōniā c nec salomon in ōmni gloria d sua cōopertus est sicut vnuz e ex istis. Si enī fenum agri f quod hodie est & crās in cliꝑ bānum mittitur dēus sic vestit: ḡtō magis vos mōdicę k fidei. Nolite ergo solliciti esse l m dicentes: quid manducabimus/ aut quid bibemus/ aut quo operiemur? Hec enī omnia gētes inquirūt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quērite ergo primum rēgnum dei & iustitiā eius: & hec oia adicientur vob̄. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enī dies sollicitus erit sibiꝑ ipsi. Sufficit diei malicia sua.

Crastinum/autem ꝓ futuro ponitur. Sile Ecl̄s. xxx. c. Rūdebit mihi cras iustitia mea. b ¶Deuo sic vestit: id est tam pulchre ornat. q. d. si ista que tm̄ ad vsum temporis sunt & tam cito deciduntur ita ꝓpia cras cremabuntur: a dño tā venuste ornant. i ¶Quāto magꝭ vos: supple vestiet: k ¶Modice fidei: qui de ꝓmissione dei dubitatis. Interliñ. Quicunq̄ in aliqua ꝓmissione dubitat/modicus est fide: & q̄to plus dubitat/minus inuenit ea ꝓ quibus sollicitus fuit &c. l ¶Nolite ergo solliciti esse. Supra dixit q̄ sollicitudo curiositatis removenda est: quia cum ꝓfectu temporis deficit/ minora dabit. Et ꝓfuerat ista exempla: Inde concludit: Nolite ergo solliciti esse: quia in voluntate vestra est.

m ¶Dicentes: quia maior est sollicitudo quando ꝓcedit in sermonem: quia tunc datur in exemplum. Threñ. ij. d. Patribus suis dixerūt ubi ē triticū & vinū cū deficerēt. n ¶Quid māducabimus. Pueri. xj. b. Quis dabit nobis carnes ad vescendum: recordamur piscium quos comedebamus in egypto gratis: in mentem nobis venunt cucumeres et pepones/ porri/ cepe/ et allia. o ¶Aut quid bibemus. Ecce sollicitudo stulta. Prouisa enim sunt hec omnia ab eo qui nouit hec ī via esse necessaria. Eccl̄i xxxj. d. Sanitas est alterius et corporis sobrius potus. Seneca. Natura minimis contenta est. p ¶Aut quo operiemur. Hec cura deo relinquēda est. q ¶Hec enim omnia: que supra dicta sūt: r ¶Gentes inquirunt: qui infideles sunt & qui de futuro/cum bonorū ꝓmissione non confidunt. Roma. viij. a. Qui ꝑm carnem sunt que carnis sunt sapiunt: qui vero ꝑm spiritū sunt que spiritus sunt sentiunt. Augustinus. Scit enim celestis medicus quid vobis daturus est ad consolationem: quid vero subtractum ad exercitationem. Non enī homo iumento suo sine causa cibaria detrahit. s ¶Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quia ergo pater diligit vos filios: & quia indigetis ꝓcurabit vobis hec. Vnusquisq̄ ꝓbibit dominus sollicitudinē ꝓpter multas causas. Prima est: quia verbum dei suffocat: infra. xiij. c. Sollicitudo huius seculi & fallacia diuitiarum suffocat verbum. Secunda est: quia fructificationem bonorū operū exterminat. Piere. iiij. a. Mouete vobis nouale & nolite serere super spinas. Tertio: hominem illaqueat. j. Timoth. vlt. b. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationem & in laqueum diaboli. Cant'. v. b. Expoliauī me tunica mea. Dicit Beda. Recepta sollicitudine temporaliū subsidiorū qualibet eximius ꝓdicator difficile mittit peccatum. Quarto: a spūalibus retrahit. Gregorius. Amor temporaliū ꝰ eternarū vicius ē pnarū. Quinto: ledunt. Thes̄. iij. b. Inebriauit me absinthio: id est sollicitudine pungitiua et amaricante animam. Sexto: animam affligit & quo sperabatur non inducit. Eccl̄s. i. c. Vidi in omnibus vanitatē & afflictionē spūs. Septimo: dormire nō ꝑmittit. Eccl̄i xxxi. c. Vigilia & tortura et cholera viro infructuoso: id est cupido. Octauo vigilando somniare facit. Eccl̄s. v. a. Multas curas sequunt somnia. Et nota q̄ sicut somniāti videt̄ q̄ multa faciat: ita sollicitus multa cogitant & pauca faciūt. Mono animam exercat. Tñ Piere. vlt. b. et. iiij. Reg'. xxv. b. habet de sedechia qui exceccatus fuit in reblatha: q̄ interꝑtat multa hec. Decimo euacuat penitentiam. Gen̄. iiij. d. Cain: id est possessio temporaliū postq̄ eduxit abel: id est lucrū/ in agrū sollicitudinis. s. occidit eum. t ¶Querite ergo primū regnum dei. Nota q̄ tria sūt genera bonorū: Eternū/spirituale/tempale. Primū est maximū bonū: secundū minus: tertiū minimū. Dicit ergo: Querite primū: id est ꝑmo vel ꝓncipaliter. Vel/ Primū/quod est inter alia ꝑmū: v ¶Regnū dei. Hoc vnū & solū cū sollicitudine est ḡrendū. Et ideo dicit: Querite: id est ad ḡrendū attendite. Querite: quia tēpus breue. Deut'. xxxij. e. Ad esse festināt tempa. Ezech. vij. a. Finis venit: venit finis. Itē quia longeuū. Ps̄. Regnum tuū regnum omnium seculorū. Item q̄ locundū. Ps̄. O magna multitudo dulcedinis tue dñe. Esa. xxj. c. Si ḡritis ḡrite. Querite/ozōne & ope. Item q̄ gloriosum & copiosum. Prouer. viij. d. Mecū sunt diuitie & gloria &c. x ¶Et iustitiā eius. Ecce bonū spūale: q̄ est via ad regnū. Chrysostomus. Justicia est via pietatis ꝑ quā itur ad regnū. y ¶Et hec oia. Ecce de bonis temporalibus: que vltima sunt & minima: z ¶Adiciēt vobis. Nō dicit dabunt: ne putent̄ equiparanda regno vel virtutibus. Et nō dicit ḡrēda esse: ne putent̄ terminus esse hūane vite. Adiciēt̄: adiectiuo mō/nō substātiuo. Ze aūt illis qui faciūt de adiectiuo substantiuū & ecouerso. Augustinus. Ze autē illis qui relinquūt te dñe & aberrant in vestigijs: & tuos ꝓte nutus amant: & obliuiscunt̄ ꝗd innuant. Plutus tui sunt omne genus creaturarū. Chrysostomus. Nō dixit/ dabunt: q̄ ꝗsi nihil sunt: & ita ḡre futura & accipies ꝗsentia. Sed ais: None iussit panem petere? J'a. Sed addit: supsubstantialem & hodie. Et ideo bene sequit: a ¶Nolite ergo solliciti esse in crastinū. Supra ꝓhibuit sollicitudinem rerū temporalium ꝗsentiū: nō aūt ꝓhibet sollicitudinem futurorū. In crastinū/ dicit: ꝗsi vltra annū: in quo signel metimus & vindemiamus. Hieronymus. Gratis suscipientes curam futurorū/ ꝗ incerta est deo relinquamus. Chrysostomus. Qui ad fontem vadit non est sollicitus de bibendo: nec qui ad ꝓrandiū copiosū: quid times stulte? Dei ꝓuidentia largior est fonte. Et. j. Nō enī ꝓpter hoc nati sumus vt comedamus: sed vt deo placeamus. b ¶Crastinus enī dies sollicitus erit sibiꝑ ipsi. Nota q̄ in supradictis hoc nomē sollicitus significat anxietatē: hic vo ꝓuidentiā qnā futurū affert secū. Chrysostomus. Si dixeris: oportet me sollicitū esse q̄ necessaria sūt. Contrariū ego aio: q̄ ꝓpter hoc q̄ necessaria sūt ne sis sollicit⁹. Ytes q̄ necessaria sūt/nō oportet dubitare. Qualis enī pater est q̄ nō necessaria tribuit pueris: maxime cū nec ignoret nec egeat? c ¶Sufficit diei malicia sua: id est sollicitudo sua. q. d. ꝑ se suam habebit sollicitudinem. Unde nō expedit aliam addere in ꝗsenti. Chrysostomus. Malicia afflictionem appellat sollicitudinū et laborū ꝗsentiū: non sicut manichei dicūt malā ipam creaturam. Gen̄. xlvij. b. Dies peregrinationis vite mee super terram centū triginta anni parui & mali. Eꝑ. v. d. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt.





A n Olite iudicare &c. Supra ꝓhibuit dñs solliciudinē ṫpaliū curiosam: ex q̄ iudicia temeraria & suspitiones prauę ac inordinate corrigones oriunt. Qui enī terrena diligit/ videt̄ aliquē iustum vel religiosum ad vsum suū vel suoꝝ tpalia referuare ad tempus/ vocat eum auarū vel hypocritam: et a se abiicit atq̄ de sua cōscictia iudicat fratrē suū: Nā qualis ē/ putat alios esse. Ista iudicia temeraria ꝓhibet dñs. Ad intelligentiā aūt dicendo ꝙ notandū est/ q̄ est iudiciū dei/ & iudicium hois. Dei multiplex est. s. iudiciū auctoritatis. Esa. iij. c. Stat ad iudicandum dñs. Examinationis. Da. viij. c. Judiciū sedit & libri aperti sunt. Dānationis. Joh. iij. c. Qui nō ḡdit/iam iudicatus est &c. Adiudicatiōis. Ps̄. Quoniā fecisti iudiciū meū & causam meam &c. Officij. Joh. v. d. Omne iudiciū dedit filio. Probationis. j. Pet̄. iiij. d. Tempus est vt incipiat iudiciū a domo dei. Retributionis. Joh. ix. g. Ego in iudiciū veni in mundū. Judiciū autem hois multiplex. s. iudiciū discretionis. i. Cor'. xj. g. Si nosmetipos dijudicaremus: nō vtiq̄ iudicaremur. Itē cōfessionis. Ps̄. Judica me deus & discerne causam meā. Itē cōparationis. J. xij. d. Regina austri surget in iudicio cum gente ista & cōdemnabit eam. Itē approbationis. J. xix. d. Sedebitis & ꝙs sup sedes duodecim &c. Itē certitudinis q̄ est ꝑfectorum. Itē suspitionis. Roma. xiij. a. Tu quis es qui iudicas alienum seruū? Itē temeritatis. i. Cor'. iiij. a. Nolite ante tempus iudicare. Item notandum q̄ iudicium suspitionis ex fragilitate ꝓuenit: et est veniale: quando. s. aliquis suspicat malū de alio in incertis: nō tamen cōsentiendo/ sed potius dubitando. Et est hec temptatio humana. De qua. j. Corinth. x. c. Temptatio non vos apꝛehendet nisi humana. Judiciū temeritatis triplex. Diffinitionis: argutionis: assertionis: q̄ omnia ꝓbibent hic. Judicium diffinitionis est: q̄ de incertis q̄si de certis ꝙs firmat sentēti/ animo: id est quando de malo desperat q̄ non ꝑficit corrigi. Et hoc dupliciter fit. De persona: & de re. Joh. xj. c. Non est hic homo a deo/ ecce persona: qui sabbatum nō custodit/ ecce res. Judiciū argutionis est: q̄si ꝙs iudicat de alio arguendo q̄ malus sit cū ad eum nō pertineat. Judiciū assertionis est: quādo aliq̄s vt appareat bonus iudicat alios esse malos in eo in quo ipse malus est: Et hoc est pessimū. Unde Roma. ij. a. In quo alium iudicas/ teipm cōdemnas. Glo. Qui te nō obseruas ab his vnde alios reprehendis. Diuidit autem istud capitulū in septē partes. In prima agit de cautela habenda in iudiciis et correctionibus faciēdis. In secūdo agit de cautela habēda in dispensatione verbi diuini/ ibi: Nolite sanctū dare canibus. In tertia docet dñs necessaria postulare/ ibi: Petite & dabit vobis. In quarta de iusticia naturali: q̄ est via apta veniēdi ad deū/ ibi: Oia ergo quecūq̄ vultis &c. In quinta agit de impedimentis huius vie/ ibi: Attendite a falsis ꝓphetis. In sexta & vltima ostēdit dñs q̄ qui fecerit ꝑdicta assimilabit̄ christo: qui aūt nō fecerit assimilabit̄ diabolo/ ibi: Omnis ergo qui audit verba hec. Dicit ergo: a ¶Nolite iudicare. De malis iudiciis planū est. s. de incertis reb⁹ & personis. Glo. Jo vna exponit de iudicio bono: vt sit sensus: O vos ꝙsi nolite appetere iudicare. i. iudicando cōdemnare: sed quādo oportet iudicare ex officio/ cōparimini iudicandis: sicut dicit Esa. j. s. Heu consolabor ego super hostibus meis. b ¶Et non iudicabimini/ a deo pro peccatis vestris. Chrysō. Hoc peccatum est sicut in peccatorum dimissione. ō. Dimittite et dimittetur vobis. c ¶Nolite cōdemnare & non condemnabimini: In quo enim iudicio: id est ꝓ quali iusto vl iniusto: d ¶Judicaueritis/ alios: iudicabimini. Largius aūt hic accipit iudicium q̄ ante: vt comꝓhendat voluntates & opera. q. d. in qua voluntate benefeceris/ in ea liberaberis: & in qua mala/ in eadem puniēris. Judic'. j. b. Sicut feci sic reddidit mihi deus. Itē Hester. viij. d. Suspēsus est aman in patibulo q̄ō parauerat mardocheo. Item. iij. Reg'. xxj. f. In quo loco linxerunt canes sanguinem naboth & tuū lambent. Et. ij. Reg'. xij. c. Quia dormisti cū

B

Luc'. 6. f. 2. q. 1. c. deus Roma. 2. a.

Marci. 4. c. Luc'. 6. f. De accu. c. qualiter. 1. Judicium duplex Judiciū dei multiplex

Ps̄. 9.

Judiciuz bominis ē multiplex

Ps̄. 42.

Luc'. 12. d.

11. q. 1. c. habebat

Tria genera bonorum

Ps̄. 30. Ps̄. 144.

C

D

vroze proximi tui/ proximus dormiet cum vroze tua. Zach. iij. c. Exequabit gratiam gratię. e ¶Et in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis: id est ꝑm quantitatem culpę quā habuisti iudicando/ erit quantitas pene qñ iudicaberis a deo. Si parum peccasti/ parū punieris: si parum meruisti/ parum remunerabēris: si multū/ multum. Esa. xxxvij. d. In mensura cōtra mensuram cū abiecta fuerit indicabit eam. Prouerb. xj. a. Statbera dolosa abominatio ē apud deum. Apocal. xviij. d. Quantū glorificauit se et in deliciis fuit: tantū date ei tormentum & luctū.

f ¶Quid autē vides festucam &c. Quoniam ex temerario iudicio sepe orit illicita correctio: ideo sicut ab oībus iudicium temerariū: sic ab oībus hic removet illicita correctionē. Illicita aūt correctio est: q̄ non amore iustitię sed vindictę vel odij vel simulationis fit vt iustus videat̄ qui corrigit malum. Vel q̄ qui corrigit eque vel plus reprehensibilis est q̄ ille q̄ corrigit. Qui enim amore iustitię alium corrigit: prius in se corrigat q̄ malū est: et post in fratre cum lenitate & dilectione persone/ & odio vitij & puritate intentionis. Dicit ergo:

f ¶Quid autē vides festucā. i. minimū vl leue peccatū: Quid. i. quō: g ¶In oculo fratris tui. i. in intentione. b ¶Et trabem. i. magnū peccatū/ i ¶In oculo tuo/ in intentione tua: k ¶Nō vides. q. p. cur habes oculum aptum ad iudicandū alia crimina & claudum ad iudicandum tua maloza? Esa. xxiij. a. Erubesce sidon ait mare. Retorquendū est os ad ascellas. Leuit'. j. d. vt ad se oculis cordis cōuersis prius se corrigat. Chrysō. Qualiter in alienis vides tā parua/ et in tuis tam magna transcurris? Si te magis diligis q̄ proximū: quare ipm̄ ꝓcuras & non magis teipm̄? Si autem teipm̄ cōtemnas/ manifestū est q̄ nō est ꝓcuratio q̄ ipm̄ iudicas. Sicut hydropicus corripit eū cui digitus tumet: & ipse sui ventris immemor est. l ¶Aut quō. i. qua conscientia siue qua fronte: m ¶Dicis fratri tuo/ min⁹ peccāti vel forte innocenti: n ¶Frater/ simulatorie loquēdo: o ¶Sine ejcia festucā/ negligentia vel alia bmōi culpa minima: de oculo tuo. Vide q̄ aliū accusat vt se excusat. Chrysō. Vide festucā & ejcere/ non est oīm sz doctoꝝ. p ¶Et ecce trabes est in oculo tuo. i. magnū aliq̄d peccatum. Nota q̄ festuca cito träsit in cōbustione: trabs magis durat. Wāducat dicit/ q̄ ꝙsi latus q̄ est in peccato mortali non debet corripere: q̄ si corripit/ peccat mortaliter. Ps̄. Peccatori aūt dixit deus: quare tu enarras iustitias meas? Alij dicunt q̄ nō peccat eo q̄ corripit: sed eo q̄ ꝙsi latura nō deponit: aut de peccato non satisfacit. q ¶Hypocrita/ ejce primum trabē de oculo tuo. Hic est ordo: Wūdamini & mūdate alios. Joh. viij. a. Qui sine peccato est vestrum/ primus in illam lapidem mittat. Roma. ij. c. Confidis teipm̄ ducem ceꝯ esse: lumen eoꝝ qui in tenebris sunt/ eruditorē insipientiū: q̄ ergo alij doces/ teipm̄ non doces. i. Machab. iiij. e. dicitur/ q̄ sacerdotes prius seipsos purificarēt. j. Paral. xxj. b. Nō edificabis mihi domum quia multū sanguinē fudisti. Gregō. Supiectas sordes manus tergere non valēt que lutū tenent. Wundus enī in se debet esse qui curat aliena corrigere. iiij. Reg'. j. d. legit de heliseo qui posuit sal in vase nouo. i. mundato: et post boc dulcorate sunt aque. i. homines prius fluxibiles. r ¶Et tūc videbis: q̄ ante boc cecus es nube & caligine peccati ꝑpsus: s ¶Ejcere: id est ad ejciendū: t ¶Festucam de oculo fratris tui. Interliñ. Non enī est prius idoneus doctor alios mederi/ nisi prius se sanauerit. Luc'. iiij. d. Medice cura teipm. v ¶Nolite sanctū dare canib⁹. Dicto de cautela habēda in iudicādo & corrigēdo/ subiungit de cautela habēda in ꝑdicādo vl docēdo. q. d. mūdi debēt mūdare/ sz nō indifferenter q̄ nō oībus oīa sūt dicēda. Et hoc est: Nolite sanctū/ sacrę scripture. Alia littera habet/ ḡtios. i. sine terra. Ps̄. Eloquia dñi/ eloquia casta &c. x ¶Dare: nō dicit/ nō dare: sz nolite dare. Aliquādo enī oportet indignis dare sanctū: sed nunq̄ ex voluntate. Vel/ sanctum/ vocat ecclesiastica sacramēta. Dare. i. ꝑdicare vl credere mysteria publicādo/ dispēsando:



Luc'. 6. f. 11. q. 1. c. multi 3. q. 7. ꝑ itē testatur. M. trabs 32. q. 6. in ꝑn. 11. q. 3. c. noli/ te. et. c. qñ.

Ps̄. 49.

Ps̄. 11.

E ſ a Canibus/hereticis oblatrantibus. Eccl.xix.b. Sagitta intrā in ſmote canis: ſic ꝺ̄bū in corde ſtulti. Vel/canibus: detractorib⁹. Prouerb.ix.b. Qui erudit derisorē/ipe iniurią ſibi facit: ꝛ qui arguit impiū/ſibi maculam generat. Vel/canibus/ſuis cōuerſis ꝛ poſtea labētibus/vel bmōi.ij. Pet.ij. d. Canis reuerſus ad vomitū ſuū ꝛ ſus lota in uolutabro luti.

43.dis.c.2. 23.q.4.c.q̄dā 24.q.1.c. qz ex ſola De.pgni.diſ. 1.c.nōnullis Act.b3 canes Luc.11.b. Joh.16.c.

§ canibus: nēc̄ mittatis margaritas veſtras ante porcos/ nē forte conculcent eas pedibus ſuis: et cōuerſi dirumpant vos. Petite ꝛ dabitur vobis: quērite et inuenietis: pulſate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui quērit inuenit: et pulſanti aperietur.

b Nec mittatis margaritas vras. Idez vocat ſanctū ꝛ margaritam: ꝛ canes ꝛ porcos. Sicut enī margarite inueniunt in conchis/ que poliūtę pciosę ſunt: ita myſteria ſcripturarū de figuris ſumpta ꝛ bene expoſita preciosa ſunt nec cōmunicanda canib⁹ vl porcis: i. indignis. c Ante porcos. i. ptēptores ꝺ̄i dei: licet fideles: q̄ eo ipſo qꝺ audiūt/ fiūt detractores. Vel porcos. i. nondū cōuerſos ſed in luto vitioꝝ adhuc manētes. Vl porcos. i. luxurioſos. Eccl.xxj.c. Verbū ſapiens qꝺcūq; audierit ſcius laudabit/ ꝛ ad ſe adiciet: audiuit luxuriosus ꝛ diſplicebit illi: ꝛ pjcietur illud poſt dorſum ſuū. ꝺ Ne forte conculcēt eas pedibus ſuis/affectū ſatisfactiōis ſue deſpiciendo verbū. Prouerb.xxiij.b. In auriꝝ inſipientiū ne loquaris: quia deſpiciet doctrinam eloquū tui. e Et conuerſi/ad vomitū. Vel/conuerſi/ab eo qꝺ audierūt a vobis. Vel/conuerſi/ad audiendū vos: f Dirumpant vos. i. fidei ſimplicitatem impugnando. Vel hereticī.

Pſ.21. Pſ.32. Pſ. Erue a framea deus animam meam. Tlos/dicit/nō arcana dei ſ̄ incorruptibilia ſūt. Pſ. Conſiliū domini in eternū manet. g Petite ꝛ dabit vobis. Docuerat ꝺ̄ns nō omnib⁹ omnia ꝑdicare: ſed qz nō eſt ab homine q ꝑdicet/oſtendit vbi inueniſ/ ꝛ q̄liter qꝺ valeat ꝑdicari inueniſ in domino/in quo omnis ſapientia. Inueniſ aūt o:atiōe. Jaco.j.a. Si quis

Pſ̄ tria eſſe petēda inuit indiget ſapientia ꝛc. Tria vero innuit dominus eſſe petenda per tria verba q̄ ponit: Peccati remiſſionem: bene operādi facultatem: ꝛ intelligentiam qua veniē ad eternam beatitudinē. Et hoc eſt: Petite/peccati remiſſionem: quia in maliuolā animam nō introibit ſapiētia: Sap.j.a. b Querite/facultatem bene opandi: qz intellectus bonus omnibus facientibus

Pſ.110. eū. k Pulſate/vt ſapiatis guſtu experientię in cōtemplatione. Petite/ptinet ad incipientes. Querite/ad pficientes. Pulſate/ad pfectos: qui iam venerūt vſq; ad oſtiū. Vel ſic/ g Petite/intellectu. b Querite/affectu. k Pulſate/lachrymis. De ꝑmo/Phil.iij.a. Petitiones veſtrę innoteſcant apud deū. De primo ꝛ ſecūdo/ Eph.vj.c. Orantes omni tempe in ſpiritu: ꝛ in ipo vigilantes in omni inſtantia ꝛ obſecratione ꝑ omnibus ſanctis. De tertio ſuper illud Tobię iij.a. Ingemuit tobias cū lachrymis/dicit Bla. Oratio deum lenit/ lachryma cogit: hęc vngit/ illa pungit. Item/Petite/ orando: Querite/elemoſynādo: Pulſate/ieiunādo. Item/ Petite/ coniugati. Veſter.v.b. Quę eſt pcitio tua heſter?

Apocal.14.a Querite/ virgines: Quę ſequuntur agnum qcunq; ierit. Pulſate/ martyres: Quia inter martyrium ꝛ ingreſſum nihil eſt medium. Petite. Nota q̄ petitores eria conſueuerunt facere vt exaudiant. Oſtendunt enim manus ꝛ pedes ꝛ alia membra nuda ꝛ infirma: Sic nos in confeſſione debemus oſtēdere pedes noſtros: id eſt affectus nudos a bonis: ꝛ manus: id eſt operationes. Item petentes ſolent mittere ercnia illis a quibus petere volunt: ꝛ poſtea venire cum maiori fiducia impetrandi: Sic nos orationes/ ieiunia/vigilias/ ꝛ opera miſericordię. Aliꝰ ſolent mittere amicos ꝛ familiares eorū a quibus petunt ad eos/ vt ipi orent ꝑ eis: Sic nos ſanctos ꝛ ſanctas. Job.v.a. Et ad aliquem ſanctoꝝ cōuertere.

Petitores tria faciunt vt exaudiantur

g Petite. Chryſoſtom⁹. Omnē creaturam ſenſibilē deus armataꝝ ꝛ munitam creauit: Alias veloci pedū curſu: alias vnguib⁹: alias pēnis velocibus: hominē ſolū ſic diſpoſuit vt virtus illius ſit deus ipe. Et in eo q̄ infirmioꝛē eū fecit: in ipo fortioꝛē eſſe voluit in ſe: vt ifirmitatis neceſſitate coactus ſemp neceſſariū

Pſ.24. habeat dñm ſuū. Vl ſic: b Querite/viā. Pſ. Vias tuas dñe demōſtra mihi. i Et inuenietis/vitam. Joh.xiij.a. Ego ſū/via veritas ꝛ vita. k Pulſate/charitate: l Et aperiet vobis. Charitas eſt deo ꝑximū facit. j. Joh.iij.d. Deus charitas eſt. m Omnis enī qui petit accipit. Dat cōfidentiā petēdi. Omnis qui petit accipit/nō dicit accipit illud qꝺ petit: ſ̄ vel illud vel ęqle. Omnis enim ꝛc. Chryſoſtom⁹. Iſte nō dicit iuſtus tm̄/ ſed ꝛ peccator: nō ꝺubitet petere/nō negligat quęrere/nō ceſſet pulſare. Et.j. Si enī tm̄ bonos audit deus/di camus de eo ſicut dicit de nobis: Si diligitis diligentes vos quā mercedē habebitis/nōne gētiles hoc faciūt: Si de⁹ tm̄ iuſtos ꝛ inimicos exaudit quam laudem bonitatis merē: nomne ꝛ mali hoc faciunt? Ipe ſolē ſuū facit oriri ſuper iuſtos ꝛ iniuſtos. n Et qui q̄rit inuenit: etiaz in ſtenti. Sed contra/ Cāt.iij.a. Queſiui ꝛ nō inueni illū. Solo. Illud de Cātico ꝛ dicit ꝺ̄ intētione plenę cognitiōis. o Et pulſanti aperiet: qñ ſponſa traducet: cū dicet: Percipite regnū qꝺ vobis paratū eſt ab origine mūꝺi. j. xx.c. Nota, ꝑpter hęc tria dicitur Cant.iij.b. Veni de libano ſponſa: veni de libano: veni coronaberis. Nota autez q̄ petit bonus/bene ꝛ bonū: vt chriſtus/ dicēs: Pater ignoſce illis: quia neſciūt quid faciūt: Luc.xxiij.c. Saluo/ malū/ male: Vt balaam q̄ voluit maledicere populo iſrl: ꝛ mēte male petiit: Numeri.xxj.f. Sanctus malū bene: Vt Paulus bene poſtulan⁹: ſibi auferri ſtimulū carnis.ij. Cor.xij.c. Peſſimus bonū male: Vt ſathan ꝑmiſſus temptare iob: qꝺ fuit ad eius ꝓbationē: Job.j.c. Iſtud bonū fuit iob: ſ̄ diabolo malū: q̄ petijt ex inuidia. Itē nota hęc tria: Recipietis/inuenietis/apiet vobis. Apiē nobis ꝑ cognitionē: inueniē ꝑ dilectionem. Unde Cant.iij.b. Paululū cū ptranſiſſem eos inueni quē diligit aīa mea. Accipiē ꝑ fruitionē: qñ ūmediate poſſidebiē ꝛ videbiē facie ad faciē. p Aut ꝺs eſt ex vobis homo. Oſtendit ꝑ ſile q̄ ꝑ petit accipit: q̄ qꝺ minus ē: ſic eſt in pſe carnali: q̄ cū pſ̄ carnalis nō det pelus q̄ petitū: ſic ꝛ pat celeſtis q̄ multo magis diligit. Aut/ponit ꝑ vt. Vel ſic continua. Supra ꝓcuit ꝑrere regnū dei/ cū ꝺixit: Primū ꝑrite regnū dei. Poſtea horzatus ē ad inſtātiā petitiōis/ibi: Petite/ꝑrite/pulſate. Subdit etiā impetrādi fiduciā/ibi: Omnis qui petit accipit. Quiꝺ⁹ etiā petēdū ſit. ſ. fide/ſpe/charitate. In his enī petendū ē regnū: q̄ ꝑ hęc venit ad regnū. In hoc autem loco docet petitionem iſtoꝝ. Dicit ergo: Aut quis eſt ex vobis homo. q. ꝺ. ſi vos q̄ eſtis homines carnales ignoratēs: q Quez ſi petierit filius suus panē: id eſt charitatē/q̄ dicit panis: quia facit fortē ꝛ firmum. Pſ. Panis cor hominis cōfirmat. Lanc. viij.b. Fortis ē vt moꝛs dilectio. Sine pane men⁹ inops eſt: ſic ſine charitate cętera vacua ſūt. j. Corinth. xiij.a. Si linguis dominū loquar ꝛ angeloꝝ. Et infra parū: Charitatem autem nō habuero nihil mihi ꝓdeſt. Panis materialis reficit ꝛ ſatiat: ſic charitas. Pſ. Et adipe frumenti ſatiat te. r Nūquid lapidem porriget ei: id eſt cordis ꝺuriciam: quę cōtraria ē charitati: q. ꝺ. nō. ē. iij.b. Dorēs eſt dñs de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrahę. s Aut ſi piſcem petierit: id eſt fidē. Sicut enī piſcis in aqua nutrit: ſic fides in baptiſmo. t Nunquid serpentem porriget ei: venenū hereſeos vel pfidię: q̄ ſe nō compatiunt cū fide: q. ꝺ. nō. Chryſoſtomus. Si ſiſtat nocius petenti/nō eſt pater ſed inimicus. v Si ergo vos. Dirigit ſermonē ad illos qui erant in ſermone. x Cum ſitis mali: compatiōe. Vel/mali/conſuetudine vel corruptione nature. Omnis enī creatura aliquo mō malicię ſiue defectui ſubiecta eſt vt in ſe ē. Uſi Job.iiij.ꝺ. In angelis ſuis repperit prauitatē: multo fortius i alijs. Roma.vij.c. Nō habitat in me. i. in carne mea bona. Eſa.lxiiij.b. Omnes iuſticię noſtre q̄ſi pannus menſtruatę. y Hoſti bona. i. vrilia: 3 Parą/vob a deo: a Pare filus veſtris/carnalib⁹. b Quanto magis pat veſter à in celis eſt: q̄ veri⁹ filios ſuos diligit ꝛ ab alio nō recipit. c Dabit bona: temporalia/ſpiritualia/ ꝛ ętna. De ꝑmo bono dicit/Eſa.j.c. Si volueritis ꝛ audieritis me/bona terrę comedetis. De ſecūdo bono. Pſ. Bonū mihi dñe: qz humiliaſti me. De tertio: Exo.xxxiij.ꝺ. Oſtendā tibi omne bonū. ꝺ Petentibus se/non ſua. i. temporalia.

ſ Ola ergo ꝛc.



A ſ a Ola ergo ꝛc. q. ꝺ. ſi vultis vob dari petita ꝛ inuenire q̄ſita: ſi vultē ꝛ vob apiri: facite ē ea aliis q̄ vob vultis fieri ab illis. Interlin. ſic cōtinuat: Quia regnū celoꝝ ꝑrendi ē ꝛ eius iuſticia: Ola ergo q̄cūq; vultis. i. q̄ deberis velle volūtate rationali. Latro enī tenet velle de iure q̄ iudex ſuſpēdat. Seneca. Ab alio expecta qꝺ alteri fac. Tob.

Tobię.4.c. Luc.6.c. 1.diſ.in prin. 50.diſ.c. ponderet. 10.q.1.c. placuit Luc.13.e.

a Omnia ergo q̄cunq; vultis b vt faciant vobis homines: ꝛ ſ vos facite illis. Hęc eſt enī c lex et prophetę. Intrate per ſ anguſtam portam: quia lata b porta et ſpaciosa via eſt d Hęc enī lex ꝛ phetę. i. in ꝺ eſt cōpletio legis ꝛ pphaꝝ. Roma.xiij.c. Qui diligit ꝓximū legez impleuit. Dilectio enī ꝓximi cōpꝺendit ſub ꝺilectiōe ꝺei: ꝛ econuerſo. j. Joh.iiij.ꝺ. Si q̄s ꝺixerit: diligo deū ꝛ fratrem ſuū oderit/ mēꝺax ē. Chryſoſtomus. Lex ꝛ phętę in hoc cōpꝺendunt ſub ꝺispendioſo mandato: q̄ innūerabiles rami in vna radice. e Intrate per angustā portā. Poſtq̄ pulſat ꝛ pulſanti apit/ nō reſtat niſi qꝺ ingrediat: Cū ergo ſupra ꝺocuerit pulſare: hic ꝺocet intrare. Vel ſic continua: Dixi vt oia q̄cūq; vultis vt faciāt vobis hoīes: ꝛ hoc videt anguſtū ꝛ graue: ſed ſi vultis ꝺuci ad vitā: intrate per angustā portam. Dicit ergo: Intrate/ſaciēdo bona opa meritoria in fide ꝛ charitate: faciendo, primo qꝺ vultis vobis fieri ab eo. Sic enī pulſat ꝛ apiē: ꝛ inde intrat. Sz cū ſupra ꝺixerit: Pulſate ꝛ apiet: nō apit: quō ergo ꝺicit: Intrate/in ſtenti. ſ. Ergo q̄ introitus ꝑ meritū ꝛ ꝑ ſtentē iuſticiā ꝓcedit introitū in gloriā. Hic enī introitus incipit: q̄ inceptionē glorię terminābit. Unꝺe Eccl.j.a. Ingreſſus ſapiētię mādata ętna. Iſte introitus anguſtus in ꝑncipio: artus in medio: ſed ąpliꝰ ē in fine. Pſ. Dilataſti greſſus meos ſbtus me. Prouer.iiij.b. Ducam te ꝑ ſemitas ęqtatis: q̄s cū ingreſſus fueris non artabunt greſſus tui. In eodē.c. Juſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplēdes ꝓcedit: ꝛ creſcit vſq; ad pfectū ꝺiem. f Per angustā portā: id ē chriſtū. Joh.x.b. Ego ſum oſtiū. Chryſoſtomus. Porta pditiōis eſt ꝺiabolus: porta vitę chriſtus. Lata porta ꝺiabolus/ nō magnitudine poteſtatis: ſed effrenate ſuph̄e: ꝺicēria ꝺilatatus. Porta angusta chriſtus: nō paruitate poteſtatis/ſz rōne hūilitatis collectus. Itē latus ꝺicit ꝺiabolus: q̄ apud ipm̄ ſine lege ſunt omnia. Angustus chriſtus: q̄ apud chriſtū ſ̄ legis ratione omnia conſiſtūt. Vel angusta porta eſt charitas: q̄ facit ꝺiligere inimicos/qꝺ anguſtū eſt: ꝛ facit ꝺiligere ꝺeū/ qꝺ eſt latū in fine. Item angusta porta ꝺicunt ſacramenta: q̄ꝛ fides angusta eſt: ſed ꝓmiſſio latū: q̄ ſtuerūt ꝺe angusta porta: id eſt de latere chriſti. g Quia lata porta/eſt erraūtiū via vel ſeculi voluptas ꝓniosa: h Et ſpaciosa via eſt. Chryſoſtomus. Spaciosa eſt via: q̄ omnia q̄ ſūt: vroꝛ/filij/amici/aurū/honoꝛes: ꝛ q̄cqꝺ in hoc ſeculo ē qꝺ ſensus delectat/via pditiōis ſūt. i Que ducit ad perditionē: id eſt ad infernū. Eccl.xxj.b. Uia peccantiū complānata eſt lapidibus: ꝛ in fine illoꝝ inferi ꝛ tenebrę ꝛ pene. k Et multi ſunt qui intrant per eā. Eccl.j.ꝺ. Stultoꝝ infinitus ē nūerus. l Que angusta porta. ſ. in ingreſſu: m Et arta via/in proceſſu: n Que ducit ad vitā/eternā. Chryſoſtomus. Si q̄ vias laboꝛioſam eſtimās/ſuę ꝺeſidię eſt accuſatio. Si enī tēpeſtas pelagi nautis/vulnera militib⁹/frigoꝛa ꝛ glacies agricolis/ꝺoctis ꝛ portabilia ſūt, ꝓpter ſpem ꝓmij tē pozalis: multo magis cū celū placet nullū ꝺebet ſentiri periculū. Maxime laboꝛes mitigat in benignū finē venire. Ille aſpicias inq̄t q̄ aſpera eſt via: ſed q̄ ꝺucit: nec aliā q̄ lata eſt: ſz vbi ꝺeſinit. o Et pauci ſunt qui inueniūt eaz: q̄ nō eſt in ꝑgrendo ſedulitas: q̄ in ꝑgrentibus eſt rationis cęcitas: cōcupiſcibilis puerſitas: ꝺiaboli fallentis ſubtilitas: in nobis cadendi ꝓnitas: reſurgendi ꝺifficultas: reſiſtendi ꝺebilitas: retrahētiū a via multiplicitas. Wichęę. vŋ.a. Ue mihi: q̄ factus ſuz ſicut q̄ colligit in autūno racemos vindemię: nō eſt botrus ad comedendū. Eſa.xxiij.c. Quomō ſi pauce oliue q̄ remanſerunt excutiant ex olea ꝛ racemi cū fuerit finita vindemia. Et tamen mirū eſt q̄ qlibet credit eſſe de iſta paucitate. Sequit: p Attendite a falſis ꝓphetis. Supra ꝺixit ꝺns de angusta via: Hic aūt ꝺicit de ſcipuis et⁹ impeꝺimētis: Que ſ̄t nuoi ſūt. Apta. ſ. pſecutio tyrānoꝝ: deceptio hereticoꝝ: ſimulatio falſoꝝ fratrū: aſtutia ātichriſti ꝛ ſuoꝝ. Hęc ąntuoꝛ ſignificata ſūt Apocal.vi.a. vbi loquit̄ de apertione ſigilloꝝ: Ecce equꝰ albꝰ: id eſt hereticī: ꝛ q̄ ſedebat ſup eū habebat arcū. Aliꝰ equus rufus: ꝛ q̄ ſedebat ſup eū datū eſt ei vt ſumeret pacē de terra: ꝛ datus eſt ei gladius magnus: Ui ſūt pſecutoꝛes. Tercius niger: ꝛ qui ſedebat ſuper eū habebat ſtatheram venditionis ꝛ doloſitatis in mānu ſua: Ui ſūt falſi frēs. Oſee.xij.b. Chanaā/ in manu ei⁹ ſtathera doloſa. Quartus erat pallidus ꝛ q̄ ſedebat ſuper illū nomen eius moꝛs: ꝛ infernus ſequebat eū:

Pſ.90. Hic eſt antichriſt⁹ ꝛ ſui. Pſ. Nō timebis a timoꝛe nocturno: id eſt de tribulatione pſecutoꝛis: a ſagitta volante in ꝺie: id eſt ab hereſi: a negocio pambulante in tenebꝛis: id eſt a falſis frat̄ib⁹: ab incurſu ꝛ ꝺemonio meriꝺiano: id eſt a pſecutione antichriſti. Primū aūt fuit magis ad eccleſię augmentū q̄ impeꝺimentū. Occiſo enī vno capite: id eſt vno martyre/ſurgebāt multa: ꝛ ideo ꝺe ꝑmo omittit: ꝛ 3 alijs trib⁹ ꝺicit. Et ſūt ſignificata hęc tria in libro Regū: per tria bella ꝺauid: cōtra philiſtęū: cōtra ſaul: cōtra abſalonem. Primo ergo ꝺocet quō cauendi ſūt hereticī: ſecūꝺo quō falſi fratres: tercio quō antichriſtus ꝛ ſui. Ꝺicit ergo: Attendite. q. ꝺ. q̄ arta eſt via ꝛ pauci inueniūt eam: ſed q̄ multi volūt retroire ab ea: ꝺico/ Attendite/cū ꝺiligentia: id eſt attente cauete: q Ca falſis ꝓphetis: id ē hereticis ꝺoloſis. Unꝺe ꝺicunt vulpes: Judic. xv.a. De vulpib⁹ ſanſonis/Cant.ij.ꝺ. Capite nobis vulpes parulas q̄ ꝺemoliunt vineas. p Attendite. Ecce vigilantia in cognoſcēꝺo ꝛ cautela: q̄ vt ꝺicit Chryſoſtom⁹ ma gna virtus boni eſt cognoſcere malū: ꝛ firma tutela ſaluris ſcire quē fugias: q Ca falſis pphetis: id eſt falſis ꝑꝺicatoribus/vel hereticis. j. Joh.iiij.a. Uolite omni ſpū credere: ſz pbate ſpūs ſi ex ꝺeo ſint: quoniam multi pſeuꝺo pphętę exierūt in mūꝺū. ij. Pet.ij.a. Fuerūt pſeuꝺo pphętę in populo ſicut iudeoꝝ: ſic ꝛ in vobis erūt magiſtri mendaces/ q̄ introꝺucent ſectas perditionis. Illi comparant falſatoꝛibus litteraꝝ/ſigilloꝝ/monetaꝝ/clauū. Litteraꝝ: q̄ ꝺicant nouas ꝺoctrinas ꝛ nouas traꝺitiōes. Job.xiij.a. Oſtendam vob fabricatoꝛes mendacij ꝛ cultoꝛes peruerſoꝝ ꝺogmatū. Falſatoꝛes litteraꝝ/ ſigilloꝝ/ ꝛ monetaꝝ in occulto fabꝛicant: ſic iſti in occulto ꝑꝺicant. Prouerb.ix.ꝺ. Aq̄ furtiue ꝺulces ſūt: ꝛ panis abſconꝺitus ſuauioꝛ. Falſatoꝛes ſigilloꝝ ſūt q̄ſi ad habitū. Zach.xiij.b. Non operient pallio ſaccino vt mentiāt̄. Uel ſigilloꝝ: id eſt ſacramentoꝝ: q̄ nuptijs detrahūt. j. Timoth.iij.a. In nouiſſimis temporib⁹ diſcedent q̄ꝺam a fiꝺe ꝛc, pbitentiū nubere. Monetaꝝ ſūt bona opera q̄bus emit regnū celoꝝ: que falſa ſunt in eis/licet aurea videāt. Unꝺe hypocriſis ſubauratio. Daniel.xiij.b. Ue erres mi rex: Iſte enī eſt intrinſecus luteus ꝛ foꝛinſecus eneus. Monera autem ſūt ieiunium/elemoſyna/oratio. Et hęc ꝺicunt monetę regis noſtri chriſti: quia in his inuenit imago eius ſm tres ſubſtantias in ipo: carnem/animam/naturam verbi. Jeiunij in quo eſt mortificatio carnis cū chriſti carne conformitatem habet/ q̄ morti tradita eſt. Gal.vj.ꝺ. Stigmata ꝺomini ieſu in corpore meo porto. ij. Corinth.iiij.c. Semper mortificationem ieſu chriſti in corpoꝛe noſtro circūferentes: vt ꝛ vita ieſu manifeſtet̄ in corpoꝛib⁹ noſtris. Hęc monera percutiē in afflictione carnis. Elemoſyna ad animam ptinet: quam q̄ſi in elemoſynā ꝺedit ꝛ in preciū redemptionis noſtre. Eſa.liij.ꝺ. Tradidit in mortem animam ſuam. Hęc gerit imagineꝫ chriſti ad inferos ꝺeſcendentis: vt ꝺe miſeria educeret miſeros ꝛ captiuos. Elemoſyna aūt ꝺicit ab eleos q̄ eſt miſerere. Prouerb.xxiij.b. Erue eos q̄ ꝺucunt ad mortem: qui trabunt̄ ad interitū libere ne celles. Oratio pertinet ad verbū: nam ꝛ ipa eſt verbū mentis. Et ꝺe verbo ꝺicit. j. Joh.ij.a. Aꝺuocatum habemus apud patrem ieſum chriſtū iuſtū. Et oratio eſt aꝺuocatus noſter ad ꝺeū. Luc.j.a. Ne timeas zacharia quoniam exaꝺita eſt oratio tua. Hęc gerit imaginem chriſti ad celum aſcendentis. Quid enim eſt orare niſi mente celum conſcenꝺere? Eccl. xxv.c. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat. Hanc triplicē monetam falſant hypocritę. Unꝺe ſ̄. vj.a. ꝺe elemoſyna: Cū facis elemoſynam noli tuba canere ante te: ſicut hypocritę faciunt in ſynagogis ꝛ in vicis vt honoꝛent̄ ab hominibus. De

ozõne post: Cũ ozaueritis nõ eritis sicut hypocritę tristes ꝛc. De ieiunio post oratione: Cũ ieiunaueritˢ nolite fieri sicut hypocritę tristes: exterminãt eĩm facies suas vt appareant hominibus ieiunãtes. Falsatores etiam sunt clauiũ: qꝫ nõ intrant p ostiũ. Joh. x. b. Quotiẽ venerũt fures sunt ꝛ latrones. Claudum etiã ꝓfessionis: qꝫ licet non sint sacerdotes/tñ audiũt cõfessiones. a ¶Qui veniũt ad vos. Joh. x. b. Quotquot venerũt fures sũt ꝛ latrones. b ¶In vestimentis ouiũ: Ecce quales exterius. c ¶Intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces: Ecce quales interius. Chryˢ. Quę sunt vestimẽta ouiũ? Species simulatę religionis. Quis dum viuit sua pelle cõtegitur: mortua aũt oue/ alius cõtegit. Quis viua vere innocẽs: q̃ ꝓpria pelle. i. bona cõuersatione ornat: ꝫ innocẽtia hmõi iustitia in se occisis. c ¶A fructibˢ eorũ cognoscetis eos: qñ. s. sunt in dignitatibus: tũc ex fructu apparet qles pius extiterunt/ verũ hypocritę. Ũñ cũ quidã diceret: Honores mutãt mores: Alius correxit: immo monstrant mores. Ũñ dño illusum est in chlamyde coccinea. j. xxvij. c. vel purpura/ Marc'. xv. b. corona de spinis habens in capite ꝛ arundinẽ in dextra/ vt ibidem: qõ fit qñ ꝙ hypocrisim assumit in ꝑlatũ. Chlamys coccinea/ põtificalis infula: corona spinea/ sollicitudo põtificalis officii: baculus arũdineus/ trãsitoria potestas baculi pastoralis. Vel/ A fructibˢ eorũ cognoscetis eos. i. a filiis. Hi significanẽ p loth q̃ filias suas corrupit: ꝛ ex eis filios genuit: Heſ. xix. g. Hi comparanẽ scorpionibˢ: Apoc'. ix. a. qꝫ i facie id est in ꝓncipio blandiunt: cauda. i. in fine pungũt. Joh. ij. b. Dis hõ primũ bonũ vinũ ponit. Prouer. vij. d. Irretiunt eum multis sermonibˢ ꝛ blanditiis labiorꝫ ꝓtraxit illũ. Falsis: qꝫ impunitatẽ ꝓmittũt peccatoribˢ. Hiere. vj. d. Curabãt cõtritionem filię ꝓpli mei cũ ignominia/ dicẽtes: pax pax: ꝛ nõ erat pax. a ¶Qui veniũt ad vos/ in ꝑsenti. q. d. etsi nõ eatis ad eos/ ipsi ibũt ad vos. b ¶In vestimẽtis ouiũ: ad literam: qꝫ habẽt simplicẽ vestẽ. ij. Timoth. iij. a. Habẽtes ĝdẽ speciẽ pietatis/ virtutẽ aũt eius abnegãtes: ꝛ hos deuita. Vel vestimẽta ouiũ vocat blanda ꝺba innocentiũ: ꝛ alia signa religionis. Ũñ Aug'. Vestimẽta ouiũ sunt blãda verba innocẽtum/ cęteraq̃ religionis signa. Pluraliter aũt dicit/ vestimẽtis: qꝫ multas habent varietates. c ¶Intrinsecus aũt. i. in intentione: d ¶Sunt lupi rapaces: qꝫ volunt vos rapere de ouili. De his dicitur Act'. xx. f. Scio ꝙ intrabũt post discessũ meũ lupi rapaces nõ parcẽtes gregi. i. hereticiˢ. Habacuc. i. b. Leuiores pardis equi eiˢ ꝛ velociores lupis vespertinis. Notat eorũ famẽ de peruertẽdis christianis. Vespertinis dicit: qꝫ aduesperascẽte fide maxime ĝdicant. Chryˢ. Lupus tectus pelle ouina ꝙ vocẽ cognoscit ꝛ per actũ. Quis balat inclinata deorsum: lupus vlulat ꝓtra cęlũ. Hoc supbię: illud humilitatis signum. Quis herbam manducat: lupus carnem. Qui ĝ sanguine gaudet ꝛ bellis: est lupus. e ¶A fructibˢ eorũ cognoscetis eos. i. ab opibˢ. Sed nũq̃d multa bona opa faciũt q̃ sunt fructus eorˢ? Ergo reputãdi sunt boni. Solo. Hic hereticiˢ habẽt duo genera opeˢ: Occulta et manifesta. Manifesta hõ sunt fructus eorˢ/ ꝫ vestimẽta sunt ouium. Occulta aũt sunt fructus eorˢ: qꝫ eos intendunt generare in alijs. Prouer. xxvij. c. Quõ in aquis resplẽdẽt vultus ꝓspicientiũ: sic corda hoĩm manifesta sunt pendẽtibus. Eccl'. xj. d. In filijs suis agnoscẽt vir. f ¶Nũq̃d colligũt de spinis vuas aut de tribulis ficus? q. d. non. Sic neq̃ bona opera ab hereticis debẽt expectari: qꝫ si aliq̃ ornatu verboꝝ vngunt: in fine eĩ pungũt. Jaco. iij. c. Nunq̃d põt fratres mei ficus vuas facere/ aut vitis ficus? Sic neq̃ falsa dulcẽ põt facere aquã. Tamen sicut vitis aliq̃n exuberat sup spinas et facit ibi vuas: sic hereticiˢ quãdoq̃ bona opa. Ũñ/ sicut colligimus vuas intactis spinis: sic opa hereticorũ ꝛ consilia aliq̃n debemus assumere si nobis sunt vtilia: nihil tñ de spinositate hereſio: Sicut Exo. xviij. d. Moyses fecit cõsiliũ ietro qui erat gẽtilis. j. xviij. a. Quę dicunt facite ꝛc. Chryˢ. Sub spinis nullum animal reꝙescit nisi serpẽtes: ita iuxta malos boĩes nemo põt pacẽ habere/ ꝫ dęmones habẽt ibi cubilia. Dicimˢ autem spinę ꝛ tribuli hereticiˢ: qꝫ sauciãt animas ꝙ verboꝝ blãditias.

Hozaliter Quinq̃ spinarũ genera

Hozaliter: f ¶Nunquid colligũt de spinis vuas. Tria sunt genera spinarũ de ꝙbus nõ colligunt vuę: ꝛ duo genera de ꝙbus colliguntˢ. Primũ genus sunt ipa pctã. Secũdũ ipsi peccãtes. Tertiũ diuitię. Quartũ tribulationes. Quintũ spinę quas christus habuit in capite. De his vltimis colligũtur vuę. De primo: Prouer. xxiij. d. Per agrũ bois pigri trãsiui ꝛ ꝙ vineã viri stulti: et ecce totũ repleuerãt vrtice: operuerant superficiẽ eius spinę. Dicunt autẽ peccata spinę: qꝫ pungunt ꝛ adhęrẽt: quia esca sunt ignis ꝛ ędificatio sepis. Peccata enim pungũt vsq̃ ad mortem. Prouer. xxiij. d. In nouissimo mordebit vt coluber. Leuiter adhęrẽt. Leuiter eĩm cõmittunt ꝛ difficile dimittunt. Hiere. xiij. d. Si põt ętbiops mutare pellem suam: ꝛ pardus varietates suas. Ignem cõsciẽtię accędunt. Pś. Pones eos vt clibanum ignis. Edificat sepes/ ne possit aliq̃d bonũ opus transire ad eos. Eccs. x. b. Qui dissipat sepem. i. obstinationẽ peccati: mordebit eum coluber: id ẽ detractor. De his spinis non colligitur nisi vua acerba. Hiere. xxj. c. Omnis homo qui comederit vuam acerbã obstupescent dentes eius. Secũdo per spinas significant peccatores. ij. Reg'. xxiij. a. Preuaricatores aũt quasi spinę euellent. Isti pungũt bonos. Cant'. ij. a. Sicut lilium inter spinas. Facile adhęrẽt ẽpositibˢ. Pś. Adhęsit pauimẽto anima mea. Materia sunt ignis. ij. Reg'. xxiij. a. Ignęm succensę comburentur vsq̃ ad nihilũ. Er Esa. xxxij. d. Spinę cõgregatę/ igni cõburent. Edificatur sepes ędificatoribus. i. obstinata malo congregatio. Ũñ/ Plaũ. iij. d. Custodes tui q̃si locustę: ꝛ par uuli tui q̃si locustę locustarum q̃ consident in sepibus in die frigoris. Quęrit ergo dominus: Nunq̃d ex istis spinis vua colligit. i. colligit aliquis bonˢ? q. d. nõ. Vua eĩm vocat iustus. Osee. ix. c. Quasi vuas in deserto inueni israel. Tertio diuitię vocant spinę: Marc'. iiij. d. De spinę pungũt ꝙ curiositatem: adhęrẽt ꝙ amorẽ. Materia sunt ignis. i. cupiditatˢ. Sic eĩm ligna augẽt ignem: sic diuitię cupiditatẽ. Prouer. xxvj. c. Cum defecerint ligna extinguet ignis. Edificatio sũt sepis. i. fragilis firmitatis. Nunq̃d de istis spinis colligit vua. i. iocũditas? Nõ/ nisi illa: de q̃ Deut'. xxxij. e. Vua eorˢ vua fellis. i. inebriatio iniquitatũ ĝ sequit ex diuitijs. Quartũ genˢ spinarũ sũt tribulationes. Osee. ij. d. Sepiã viã tuã spinis. Isti spinę pungũt sua afflictione: ꝫ tñ ad salutẽ. Eccl'. xxij. c. Pungens oculũ deducˢ lachrymas: ꝛ q̃ pũgit eorˢ ꝓfert sensum. Unde vir iustus vocat hereticos iracundos. Pś. Petra refugiũ herinacijs. Adhęrẽt: Ũñ pęnitẽtia dicit q̃si pęna tenax. Job. xxij. a. Justificationẽ meã quã cępi tenere non deseram. Accendunt ignẽ amoris. Leuit'. vj. d. Ignis i altari meo ꝙ ardebit: quę nutriet sacerdos subijciẽs ligna. Ex his ędificat sepes. i. defensio religionis ꝛ bonę ꝙuersationis. Eccl'. xxxvj. d. Ubi nõ est sepes diripiet possessio. Ex his spinis colligit vua spãalis iocũditatis. ij. Corˢ. xij. c. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Pś. Scõm multitudinẽ dolorꝫ meorum in corde meo cõsolationes tuę lętificauerũt aiam meam. Similiter ꝓsequere de quintis spinis. i. de corona spinea christi: ꝛ facile est inuenire. g ¶Sic omis arbor bona fructus bonos facit. i. sicut de arboribus malis ꝓdictis vel herbis nõ expectanẽ boni fructus: sic ab arbore bona expectanẽ boni fructˢ.

Petã dicunt spinę

Luc'. 6. g.

Pś. 20.

Pś. 118.

Pś. 93.

Arbor bona/ vir bonus est siue volũtas bona. Piere. xvij. b. Bñdictus vir q̃ cõfidit in dño: ꝛ erit dñs fiducia eius: et erit quasi lignũ qđ transplantat̃ super aquas quod ad humorem mittit radices suas: ꝛ non timebit cum venerit ęstus: ꝛ erit folium eius viride et in tempore siccitatis non erit sollicitũ: nec aliquãdo desinet fructum facere. Radices sunt cogitationes: aquę fluenta gratię: folia verba bona: fructus opa: terra plantationes ecclesię. b ¶Mala aũt arbor fructus malos facit: id est malus homo. j. xij. c. Bonus homo de bono thesauro ꝓfert bona: ꝛ malus homo de malo thesauro ꝓfert mala. Sap'. iiij. b. Fructus eorum inutiles ꝛ acerbi ad mãducandum. Vel arbor mala/ mala volũtas est. Jdeo hereticiˢ mala opera faciunt: qꝫ mala volunt. Ambrosius. Affectus tuus nomen operi tuo imponit. Nota autem ꝙ quidam fructus sunt quorũ medulla comedit ꝛ cortex ejicitur: vt nuces et castanę: isti sunt pęnitẽtes. Quidam quoꝝ cortex comedit et medulla ejicitur: vt sunt pruna ꝛ dactyli: isti sunt hypocritę. Quidã sũt quoꝝ cortex ꝛ medulla torũ comedit/ vt sũt ficus: isti sunt martyres/ quorum aię glorificãtur in cęlis ꝛ reliquię venerant in terris. Quidam quoꝝ nec cortex nec medulla comedit: vt sunt glãdes q̃ cibus sunt porcorꝝ: isti sunt vsurarij.

Pś. 103.

Pś. 93.

Pś. 4. Pś. 147. Pś. 90.

Pś. 36.

Pś. 119. Pś. 141. Pś. 122.

Pś. 115.

Pś. 57.

Pś. 33.

Pś. 93.

Pś. 18.

Pś. 12.

Fructus iusticię in pręsenti sũt duodecim

d Et cœperũt cogitare scribæ et pharisæi dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Ihesus autem cognouit cogitationes eorum respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittunt tibi peccata: an dicere: surge et ambula? Ad fidem pertinentiũ paralytici dñs respicies/ꝑmo sanauit paralyticũ in anima remittendo ei peccata: quia causa exterioris morbi erat ifirmitas animę. Sanatur er/go morbum: ꝑmo sanat causam morbi. Sed pharisæi audientes eũ dicentes: Remittunt tibi peccata: indignati arguunt eũ de blasphemia tãq̃ sibi vsurpet qđ solius dei est: quia soli⁹ dei est dimittere peccata. Nota ergo quia nõ errãt in cõfessione oris: quia cõtinent solum deũ dimittere peccata: errãt autẽ in infidelitate cordis: quia nõ credunt hominẽ illũ deum esse. Dñs aũt misertus erroris eorũ: ex duobus se asserit deus esse: et sic peccata posse dimittere. i. quia nouit eorũ ꝓsciẽtias: et quia iam sanauit paralyticũ in corpore quẽ sanauerat i aia. Solius em̃ dei est scrutari renes et corda/vel facere opa miraculosa. Quoniã ergo cogitatiões intuet/et paralyticũ sanat i corpe: satis ꝓbat eis: qz potest peccata dimittere. Hoc est qđ dicit hic: Et ceperunt cogitare scribę et pharisęi/dicentes: quis est hic qui loquitur blasphemias? Blasphemat qui qđ dei est vlurpat. Chrys. Multi deũ cogitantes vlcisci ꝓpias cõplent passiões. e Quis est hic qui loquitur. Chrys. Prope nihil loquit/sed emulatores aliorũ insidiant beneficijs. Eccli. xiij. d. Pauper locutus est et dicunt: quis est hic? Et si offenderit/subuertent illum. f Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Esa. xliij. d. Ego sum qui deleo iniquitates ꝓpter me. g Et aũt cognouit ihesus cogitatiões eorũ. Chrys. Et hoc solꝰ dei est/scire cogitationes. h Respondens dixit ad illos: quid etc. Chrys. Si nõ esset deus/respõdisset sicut iohannes: Nõ sum ego christus vel deus. i Quid cogitatis/mala/in cordibus vestris? Chrys. Manluetudo omniũ potentior est. Prouerb. xvi. d. Melior est patiens viro forti: et qui dominatur animo suo etc. k Quid est facilius dicere: dimittunt tibi peccata: id est peccata solo dicto dimittere. Beda. Qđ solus q̃ dimitto noui: quasi ego solus noui qđ istorum sit facilius. l An dicere: surge et ambula: id est corpaliter curare/qđ et vos videre potestis: q. d. vtrũq; est mihi facile. Hiero⁹. Utrũ sint paralytico peccata dimissa/solus nouerat q̃ dimittebat: surgere aũt et ambulare omnibus manifestum erat qui videbant. Fit ergo visibile signũ vt ꝑcetur inuisibile. Chrys. Paralysim corpis soluit et animę/vt ostendat se vtriusq; conditorem. Unde sequit: m Ut autem sciatis. Verba sunt christi: n Quia filii hominis habet potestatem in terra dimittẽdi peccata/ait paralytico: tibi dico: surge etc. Sic ꝓstrue. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata: et sunt verba christi dirigentis sermonem ad eos. p Tibi dico surge: statim cõuertit sermonẽ ad eũ. Hoc/ o Ait paralytico. Verba sũt euãgelistę. Aliter: m Ut sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: id est ego habeo potestatem dimittendi peccata: qui sum filius hominis. Et tunc/ o Ait paralytico: dico tibi surge: vt qđ sequit: dico tibi/sit Glo. ei⁹ qđ ꝓcedit: ait paralytico: filius hominis habet potestatem: non tamen quia filius hominis: sed quia filius dei: qz idem est filius et deus. Itẽ nõ dicit accepit/sed habet: vt ostendat se equalem patri. Sequitur: r Tolle grabatũ tuũ. Hiero⁹. Ut quod fuit testimoniũ infirmitatis/sit probatio sanitatis: scilicet grabatum in quo diutius decubuisti. t Et ambula/et vade in domum tuam: Et confestim surgens coram illis etc. Beda. Magna virtus verbi/sine mora imperiũ salutis comitatur ihm verbum supple. Matth. 9. a. Marci. 2. b. Joh. 5. b. z Et stupor /admiratiõis de nouitate miraculi: a Apprehendit omnes et magnificabant deum. Ulso miraculo cõuertũtur ad laudẽ tãte maiestatis. Al. Hectum Al. nõ hȝtet ambula b Et repleti sunt timore/dicentes quia vidimus mirabilia hodie. Sicut dicit Ambr. Adhuc erãt i/creduli/ et ideo time/bant: nam si crederẽt non timerent/sed diligerent. Perfecta em̃ dilectio foras mittit timorem: seruilem sci licet. j. Joh. iiij. d.

Matth. 9. a. Marci. 2. b. Joh. 5. b. Al. Hectum Al. nõ hȝtet ambula

Moraliter: q Surge/dicitur sedenti/iacenti/dormienti. Sedet autem homo per consensum: iacet per operationez: dormit per consuetudinẽ. De sedente dicit in Pñ. Surgite postq̃ sederitis etc. De iacente dicit Josue. vij. b. Surge cur iaces pronus in terra? De dormiente dicitur/Eph. v. d. Surge qui dormis. Surgere ergo est triplex peccatum dimittere.

Moraliter

Pñ. 126.

r Tolle. In peccato duo sunt. In actione delectatio: post actionem pœnitentia. Et in verbo tollendi duo similiter: remotio et portatio. Unde notabiliter dicit: r Tolle: id est peccatum delere et pœnã sustine. s Grabatum. Grabati nomine significat caro: Nam sicut eger in grabato iacet: sic peccator in carne/dum eius concupiscentijs fauet. Amos. iij. d. Quõ si equat pastor de ore leonis duo crura aut extremuz auricule: sic eruent filij israel qui habitant in samaria i plaga lecteuli et in damasci grabato. q. d. luxurioti viꝝ possunt ad ꝙ induci vt aliqua bene agant/vel saltẽ in extremo vite suę obediant. Pñ. Dñs opem ferat illi sup lectũ doloris eiꝰ. Itẽ: Uniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius. Joh. v. d. dicũt scribę et pharisęi: Nõ licet tibi tollere lectũ tuũ: qz sabbatũ est: id est nõ licet abstinere a carnali voluptate: qz festũ est. Similiter dicit ꝙ iudeis qui dñm crucifixerũt/Joh. xix. f. Judei qm̃ parasceue erat vt nõ remanerent in cruce corpa sabbato: Erat em̃ magnus dies sabbati: rogauerunt pilatum vt frangerent crura eorũ. t Et ambula/de bono in melius ꝓficiendo: vel locum peccati fugiendo. Gen. xix. d. Loth egresso de sodomis dicitur: Noli respicere post tergum: nec stes in omi circa regione. v Et vade in domũ tuam: id est in ecclesiam p sacramentorũ perceptionẽ: quia offers qui extra fuerint/peribunt. Gen. vij. d. Omnes qui extra arcam inuẽti sunt diluuio perierunt. Et Exo. ix. f. Quicquid fuit in agris grandine percussum periit. Quicquid extra domũ inuentũ est/gladio interfit. Uel/ r In domũ. i. in cœlum per iugẽ meditationẽ. Prouerb. j. b. Frustra iacit rete etc. Ibi. Beda. Facile vitat laqueos in terris qui semp habet oculos in cœlis. Uel/In domũ. i. in ꝓpria cõscientia/nõ aliena: per sollicitã discussionez. Sap. viij. c. Intrans in domũ meã cõquiescã: id est nõ curiosita do q̃ aliorũ cõscientias: quia dicit Eccli. xxix. d. Uita nequã hospitandi de domo in domũ. Item Eccli. xxj. d. Pes fatui facilis in domũ ꝓximi. Item Eccli. xxij. c. Pręcurre ꝓtior i domũ tuã et illic adiuocare et age cõceptiões tuas. Uel/In domũ tuam/vilitatẽ ac fragilitatem corporis ꝑsiderando. Haum iij. c. Intra in lutum et calca subigens tene laterem. Breuiter ergo dicit paralytico: Surge/peccatũ deserendo: tolle grabatum/carnẽ affligendo: ambula bene operando: vade in domũ tuam/vilitatem ꝓpriam considerando: quod multuz valet ad cõseruationẽ humilitatis. Job. v. d. Uisitans speciem tuã nõ peccabis. y Et confestim consurgens coram illis: vt sicut coram oibus peccauerat/coram oibus pœniteat. Nõ ẽ contra multos q̃ nõ erubescũt peccare publice: et ñ. publicam pœnitentiã nullo modo facere volũt. De reliq̃ planũ est. Sequit:

Pñ. 40.

Et post hęc



Et post hęc exijt etc. Quarta para: in qua de vocatiõe matthei agit̃ quę reuera facta fuit ante sanationez paralytici: qđ patet per hoc ꝙ lucas. j. vj. c. dicit duodecim apostolos in monte electos: quãdo fecit sermonẽ illũ: Beati pauperes etc. Ũñ patet recapitulationẽ esse/qđ hic dicit de vocatione matthei. Et ita dicit Augustinus. Et nota ꝙ marcus et lucas vocant eum leui subticendo nomẽ eius vsitatũ: id est matthęũ. Idem enim est leui et matthęus. Et hoc faciunt ꝓpter reuerentiã apostoli/ ne quodãmodo diffamaret eum: qz si poneret nomẽ qđ oibus erat notum/ quodãmodo diuulgaret crimẽ eius notoriũ. Ipse em̃ erat exactor publicoꝝ vectigaliũ: et ossibus erat notum ꝙ dicebat matthęus: Unde subticẽt nomẽ eius: qđ erat quasi infame ꝓpter reuerentiã apostoli. Matthęus aũt in ꝓncipio sermõis sui/accusator est sui: vñ matthęũ se nominat: qđ facit matthęus vt nemo de salute desperet ꝓ peccatoꝝ imanitate: qđ ipse de publicano apl⁹/de telonario sit euãgelista factus. Mystice. Electio matthei significant electionẽ gentium: quę ꝓius lucris tẽporalib⁹ inhians/postea dñm in sua domo sedula deuotione refecit. Moraliter/aũt matthei vocatio est peccatoris cõuersio: qz sicut matthęus post vocationẽ nõ est reuersus ad ꝓfitinũ officiũ: sic peccator cõuersus nõ debet reuerti ad peccatũ dimissum. Sed quẽrit aliqs: quare petr⁹ redijt ad officium suũ post vocationẽ et matthęus nõ? Ad qđ dicimus ꝙ officiũ petri absq̃ peccato impleri poterat: sed officiũ matthei aut vir aut mulier sine peccato poterat exercere. Eccli. xxvj. d. Difficile exuit negocians a negligẽtia sua: et nõ iustificabit̃ caupo a peccatis labioꝝ. Et sicut matthęus cõuiuiũ fecit domino post vocationẽ suam: ita peccator post conuersionẽ suã in domo sua facit conuiuiũ christo. In quo ꝛ tres ꝓncipaliter apponunt ei. Primũ est aqua lachrymarũ et vinũ cõpunctionis. Secundũ panis hordeaceus: id est amara recordatio peccatoꝝ. Tertiũ lacte est dulcedo pietatis. Quartũ butyrũ: id est pinguedo charitatis. Hęc ꝛ tres apposuit abrahã angelis Gen. xviij. a. Modo ꝓsequere litteram. a Et post hęc exijt et vidit publicanũ nomine leui sedentẽ ad teloneũ etc. Quãtũ ad litterã nõ videt bene dici: Post hęc. Mãsi diceret: Factũ est in illis diebus/ vt frequẽter alibi solet dici: aliquo modo posset stare: qđ aũt dicit/post hęc: nõ videt stare posse/cũ cõstet ꝙ curationẽ huius paralytici longe pręcesserit vocatio matthei: qui electus fuerat cum alijs in mõte. Ergo ante vocatus: postea inter montẽ et capharnaũ sanatus est leprosus: postea in capharnaũ in synagoga dęmoniac⁹: postea socrus simonis in hospitio: postea transfretauit in regionem gerasenoꝝ: et ibi fecit quędã miracula: postea redijt in capharnaũ et sanauit hunc paralyticũ. Mota ergo qz de vocatione repetit: vt cõmodius transeat ad aliud: scz ad conuiuiũ solenne qđ fecit ei matthęus in domo sua. Qđ ergo dicit de vocatione recapitulatio est: qđ aũt de conuiuio sequit̃ recte historię ꝓsecutio. Et potest sic ordinari littera: Et post hęc/fecit ei leui conuiuiũ magnũ in domo sua. Modo reuertere retro: qz b Exijt: id est exierat dñs ante de iusticia ad misericordiam. c Et vidit. i. viderat oculis misericordie. Eccli. xxxiij. c. Oculi dñi in diligẽtes se. Sap. iiij. c. Respectꝰ eius in electos eius. j. xxij. g. Cõuersus dñs respexit petrũ etc. Hec mirũ. Si ad respectũ solis soluat gelicidiũ aquę: cur ad respectum christi peccatoꝝ montes nõ defluant? Esa. lxiij. a. Utinã cęlos dirũperes et descẽderes etc. d Publicanũ nomine leui. Leui interpretat assumptꝰ per gratiã de stercore quinto peccatoꝝ. Pñ. Misit de summo et accepit me et assũpsit me de aquis multis. e Sedentẽ: nõ est referendũ ad situm corporis: sed vsualis locutio est: sicut solet dici/ ꝙ biennium sedit ibi. Et dicit Glo. Interlin. Sedentẽ. i. pertinaciter lucris inhiantẽ. f Ad telonęũ. Telonęũ est dom⁹ in qua soluunt tributa siue vectigalia. Magis ꝓprie dicit̃ telonęum mensa in qua cõputant vectigalia. Telos grece/vectigal latine. g Et ait. i. dixerat/illi: b Sequere me. Chrys. Uoce licut paulũ nõ desistentẽ a malis vocat. Item Chrys. Quare de vocatione aliorum apl̃oꝝ tacet/nisi petri et andreę et iohãnis et iacobi et philippi et matthei? Quia nec telongo aliqđ deterius/ nec piscatione aliqđ vilius. Dis igitur oportebat credere/cũ prędicta narraret. Sequere me. Beda. Non lucra. Job. xxiij. c. Uestigia eius secutus est pes meus.

Matth. 9. a.

B

Publicani

i Et relictis omnibus/ꝓpius scz et alienis rebus/ de quibus dominis suis debuit reddere rationẽ: sed ꝓpter promptitudinẽ obedientię rationes vectigaliũ incõputatas reliqt. Quia ergo reliqt vectigalia administrationẽ/meruit dominicoꝝ talentorum fidelis fieri dispẽsator. Mat. xxiij. d. Quis putas est fidelis seruꝰ et prudẽs. j. xij. c. Quis putas est fidelis dispẽsator. De talẽtis aũt habet Matth. xxv. b. Et. j. xix. c. Uel aliter. Et relictis oibus sicut supra/retrahẽtibus retardãtibus/retinẽtib⁹. k Et surgens/abiicẽdo terrena desideria. l Et secutus est eũ: vt ferrum adamantẽ. Joh. xij. b. Cum exaltatus fuero a terra etc. Porphyrius hereticus atq; iulianus arguũt in hoc loco/ vel imperitiã historici mentiẽtis/vel skulticia eorũ qui statim secuti sunt saluatorẽ/qui quẽlibet hominẽ vocãt irrationabiliter. Quib⁹ respõdet Hiero⁹ in originali sup matthęũ. Tantę inãt virtutes tãtaq; signa ꝓcesserũt q̃ apli antequã crederẽt viderũt ꝙ minime dubitare potuerũt: Certe fulgor ipse et maiestas deitatis occultę q̃ etiã in humana facie relucebat ex ꝓmo aspectu ad se poterat trahere videntes. Sic etiã in magnete lapide hęc esse vis dicit vt anulos et stipulas et festucas sibi copulet: quãto magis dñs rerũ oim̃ ad se trahere poterat qui volebat. Patet iam ordinatio litterę ꝑm historię ꝓsecutionẽ: Modo ꝓsequitur litterã ꝑm qđ iacet. m Et fecit et cõuiuiũ magnũ letui/assumptus. n In domo sua: ad ifam. Moraliter: In domo sua. i. in corde suo. Apoc. iij. d. Si qs aperuerit mihi introibo et cenabo cũ illo. Job. j. a. Filij iob faciebãt cõuiuia p domos: vnusq̃q; in die sua et mittentes vocabãt tres sorores suas. i. infirmos corde/ore/ope: vt comederẽt et biberẽt cũ eis. Hester vi⁹. d. Quartadecima die. i. decalogũ et euãgelijũ implẽtes celebrauerũt cõuiuia cũ gaudio: pres sibimuicẽ mittentes maiores minoribus. Magnũ/dicit: qz intrantũ q̃ etiã de reliquijs comedunt angeli. j. xv. b. Baudiũ est angelis dei sup vno peccatore pœnitentiã agẽte etc. o Et erat turba multa publicanoꝝ et alioꝝ qui cũ illis erãt discũbentes. p Et murmurabãt pharisęi et scribę eorum/dicentes ad discipulos eius etc. Amb. Dupliciter peccãt: qz putant se iustos cũ sint supbi: et illos reos/cũ iã pœniteãt. Matth. ix. d. dicũt: Quare cũ publicanis et pctõibus mãducat mgr̃ vester? Et certe nõ tã cũ eis q̃ ipsos spũaliter mãducabat. Gen. xxvij. b. Affer mihi duos hedos optimos vt faciã escas patri tuo q̃bus libenter vescit. Chrys. Misi sustineat medicus sanie laborantiũ/nõ eruet eos a morbo. r Et respõdẽs ihesus dixit ad illos: nõ egent qui sani sunt medico. Pharisęi particulã interrogationis subticebãt. q Quare cum publicanis et peccatoribꝰ manducatis et bibitis? Iuple et vos facitis iustos et nõ nobiscũ qui iusti sum⁹? Huic extreme parti ꝓmo respõdet dñs dicẽs: s Nõ egẽt etc. q. d. vobiscũ manducare recuso: vestrãq; cohabitationẽ declino: quia/ t Qui sani sunt: id est qui reputant se sanos: id est iustos: ꝙ arrogantia de se ꝓlumentes/sicut vos qui de iusticia vra gloriamini: s Nõ egẽt medico. Et hoc dicit Glo. Ihũ vos declino: qz putatis vos nõ indigere. Joh. ix. g. Quia dicitis videmus/peccatũ vestrũ manet. v Sed q̃ male habẽt. q. d. ideo mãduco cũ publicanis et peccatoribus: quia male habẽt: id est reputãt se male habere: id est infirmos esse:

Publicani dicebant qz publice peccabant: vl qz recipiebant publicani vectigalia: vl qz merces suas vendẽdo ostendebant se publicanos et peccatores

Moraliter D

Mystice

(Ꝑ id est qz non

Mystice. q Quare cum publicanis et peccatoribus mãducat/ et bibitis. Per b ꝙ publicani et pctores cũ dño mãducãt: pharisęi et scribę nõ/sed cluriũ: significãt duo.

Ulterũ in statu

Universidad de Deusto
Biblioteca

E S id est quia nō diffitentur se peccatores esse/egent medico. Unde dicit Beda. Vos iuuo: quia pnitendo dant locum gratie.
a ¶ Nō em̄ veni vocare iustos: id est de iusticia ꝓsumentes. b ¶ Sed peccatores: id est q̄ nō diffitent peccata sua ⁊ cōuerti volentes ad pnitentiā.

Mystice

¶ Alterꝫ in statu huius vite: alterū in futuro. Pharisei nāq; ⁊ scribe gerunt figuram iudeorum qui in hac vita famem patiuntur. Iudeus nāq; ad mēsam sedet ⁊ esurit: id est scripturas habet/ sed non intelligit. Nos autem spiritualiter reficimur: qui spiritualiter scripturas intelligimus. Vel pharisei detractores/gerunt figuram reprobozū: qui epulantibus in regno dei fidelibus/in inferno torquebunt. Esa. lxv. c. Ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis: ecce serui mei bibent ⁊ vos sitietis: ecce serui mei lętabunt ⁊ vos cōfundemini. Vocat autez dñs se medicū. Et vere est medic⁹: q̄ mirabili genere medicaminis sanauit genus hūanū. Nō em̄ est audit⁹ medic⁹ ipso excepto q̄ ꝓpriis vulneribus sanauit egrotos. Esa. liij. b. Vulnerat⁹ est ꝓpter iniquitates nostras. Chrys. Misi sustineat medicus sanare labozantiū/nō eruet eos a morbo. De hoc medico Eccli xxxviij. a. Honoza medicū ꝓpter necessitatē: etenim illum creauit altissimus. Hiere. xvij. g. Munqd resina nō est in galaad aut medicus nō est ibi? Sequitur: c ¶ At illi dixerunt ad eum: quare ⁊c. Matth. ix. b. dicit ipos discipulos iohānis hoc quęsisse. Sed sciendū q̄ vtriq; quęsierunt. Aug⁹. Discipuli iohannis tribus de causis reꝑhendendi sunt. Primo q̄ de ieiunio se iactabant. Secundo: quia christuz quē magister eorum: id est iohannes cōmendauerat/calūniabantur. Tertio: quia pharisęis quos magister eoꝝ iohannes cōdemnauerat familiares erant. Dicunt ergo dñmo: d ¶ Quare discipuli iohannis ieiunant frequenter: id est sepe: e ¶ Et obsecrationes faciunt/similiter ⁊ pharisęoꝝ: tui autem edunt ⁊ bibunt? Verum erat: quia illi ieiunabant: et illi comedebant: non tm̄ corpaliter/sed magis spiritualiter: q̄ illi inuidia tabescebant: isti carne ⁊ sanguine christi reficiebā/tur/⁊ cōsolatiōe interna eius; colloquio. Unde tunc ad litteram impleta fuit ꝓphetia Esa. lxv. c. Ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis ⁊c. f ¶ Quibus ipse ait: Nunquid ⁊c. Pharisęis siue discipulis iohannis domino obviantibus q̄ discipuli eius nō ieiunarent: sed comestationi operam darent: et essent quasi epulones: dominꝰ ex verbis iohannis magistri eorū respondet eis: qui dixit Joh. iij. d. Qui habet sponsam sponsus est: vt facilius inclinaret eos ad se/⁊ vt apertius conuinceret de superstitione ⁊ falsa iusticia eozū: et discipulos redderet excusatos. Discipuli em̄ iohannis ⁊ pharisei frequēter ieiunabāt. Unde vnus dicit. Luc. xviij. b. Jeiuno bis in sabbato. Et super hoc arguebant discipulos dñi q̄ nō ieiunabant. Excusat autem eos dñs/ꝓbans q̄ non debet eis indici ieiuniū/distinguens ieiuniū: Duplex est em̄ ieiuniū: corpale ⁊ ieiuniū spirituale. Item corpale duplex. Unū bonū aliud malū. Malum est q̄ sit ex mala causa. s. auaricia vel hypocrisi vel leccacitate vel huiusmodi. Bonū cōsistit in vno. s. in abstinentia ciboz corpaliū. Et sit ꝓ duobus. Pro absentia corpali spōsi. Sic ieiunabant antiqui expectantes primū christi aduentū: fuerūt em̄ in mgroze ⁊ afflictiōe expectantes messiam futuruz. Hoc etiam ieiunio vsa est ecclesia: excepto illo modico tęporis in quo sponsus corpaliter conuersatus est cum ea. Item ꝓ absentia spirituali: quę fit ꝓ quolibet peccato mortali. Sic ieiunant peccatores pnitentes. Hoc ieiuniū vocat ieiuniū mgroꝛis. Unde Matth. ix. b. Munquid possunt filij sponsi luge/re dū sponsus est cū illis? Vocat ⁊ alio nomine in sacra scriptura/ieiuniū veteris vitę: vel quia semp fit ꝓ vetustate peccati: vel quia habuit initiū a veteri testamento. Item ieiuniū spirituale duplex ⁊c. Unū malū: quo ieiunat a bono: de quo Esa. lxv. c. Serui mei comedent: ⁊ vos esurietis. Aliud bonū ⁊ cōmendabile: quod fit pro vno: id est pro desiderio ętornoum. Et consistit in duobus. s. in abstinentia ciboꝝ corpaliū: ⁊ in abstinentia delectationū temporaliū siue cōtemptu mundi. Sępe em̄ rapitur animus humanus in extasi cōtemplatiōi va cans: ⁊ adeo locatur q̄ pz dulcedine ꝓtemplatiōis obliuiscitur necessario: quia locunditas cōtemplationis quodāmodo pręgustat suauitatem future beatitudinis: ⁊ dicit ieiuniū istud ieiuniū exultatiōis. Primū ieiuniū. s. corpale repsentat ecclia in quadragesima ⁊ in alijs tempozibus afflictiōis/quando nō cantat alleluia. Secundū ieiuniū: id est spirituale repsentat ecclia in septuagesima pentecostes/quando frequenter cantat alleluia. Probat ergo dominus q̄ neutro istoz ieiuniozum debebant apostoli ieiunare. Jeiuniū q̄dem mgrozis non erat eis indicenduz adhuc: q̄ ꝓsentia sponsi vtriq; habebāt: sz post passionē ieiunabant substantia ꝓsentia corpali: ⁊ iterum post ascensionē expectātes visitationē spiritualem. Sicut ecclesia modo ieiunat expectans venturi iudicis ꝓsentiam corpalez: sicut etiā antiqui patres expectabant in carne venturū. Item ieiuniū nouę vitę siue exultatiōis nō erat eis imponendū/nec in parte nec in toto: quia adhuc rudes erant nec poterant adhuc oīno eglestribus inhiare/⁊ a corpalibus abstinere. Et primo ostendit q̄ istud ieiuniū nō est eis imponēdū in parte: per exemplū cōmissure noui vestimenti: Quia sicut particula noui vestimenti si assuat veteri/nō conuenit/sed ⁊ scissuram facit: sic si aliqua pars ieiunij exultatiōis. s. continuū ieiuniū a cibis corpalibus: quale fuit ieiuniū Judith. viij. a. Et anne. ē. ij. c. nō conuenit hominibus adhuc veteri vitę deditis ⁊ scissuram facit si aliquid noui hominis habebant amittunt. Secundo ostēdit q̄ nec in toto est eis indicendū istud ieiuniū/ꝓ exemplū vini noui ⁊ vtris veteris. Erant em̄ apostoli adhuc quasi vtres veteres: vinū nouuz cōtemptus mundi vel abstinētia vniuersalis ab amore rerum temporaliū. Sicut em̄ vinū nouū si ponat in vtres veteres effunditur ⁊ vtres dirumpit: sic si tale ieiuniū apostolis rudib⁹ iniungeretur: non esset vtile sed apostolos dirumperet ⁊ bono q̄ habebant ꝓuiaret. Et hoc est: g ¶ Nūquid potestis filios sponsi'. Supra se medicū vocauit: hic sponsum: quia animā quam curat sibi desponsat. b ¶ Dum cum illis est sponsus/corpaliter ⁊ spiritualiter. i ¶ Facere ieiunare? Aug⁹ id est ieiunio mgroꝛis affligi? Chrys. Triste est ieiuniū non naturę/sed his qui philosophari nolunt. Illis em̄ qui volunt philosophari voluptuosum est. Esa. lviij. b. Munqd hoc est ieiuniū. Matth. vj. c. Tu autem cum ieiunas/ vnge caput tuuz ⁊c. Filios sponsi vocat apostolos imitatores christi/ ⁊ ab eo in vera fide generatos. De quo Joh. iij. d. Qui habet sponsam sponsus est. Et Esa. liij. d. Quasi sponsum decozauit me corona. Item Esa. lxvj. c. Si ego q̄ alijs generationē tribuo/sterilis ero. q. d. nō ero. k ¶ Veniēt aūt dies/passiōis vsq; ad resurrectionē: ⁊ iterū ascensiōis vsq; ad pentecosten. l ¶ Cū ablatus fuerit ab illis sponsus: vt quando mortu⁹ ⁊ sepultus fuit: tunc em̄ fuerunt in mgroze donec reddita fuit corpalis ꝓsentia in die resurrectionis. Item post ascensionem ablatus fuit corpaliter em̄/⁊ tunc iterū fuerunt in mgroze ⁊ timoze donec p spiritū sanctū ꝓsolationē receperūt. m ¶ Tūc ieiunabunt in illis diebus/ieiuniū mgroꝛis. Can. sic distinguit ⁊ bene. Tunc/tpe passiōis. s. ⁊ post ascensionē: ieiunabunt/ieiunio mgroꝛis. Et/ n ¶ In illis diebus. s. post resurrectionē ⁊ post spūsancti missionē: ieiunabūt ieiunio exultatiōis renouati in vitam spiritualez. Et hoc videnꝫ innuere duę Interliñ. Prima est sup hoc: Tūc ieiunabūt. Glo. In būilitate tribulatiōis. Secūda: Ab amore mūdi nō solū a cibis: referꝫ ad ꝑ: In illis dieb⁹. Si liter ⁊ i Glo. marginali. Cū ablat⁹ fuerit spōsus: pōt referri ad illā ꝛam: Tūc ieiunabunt. Quo dono pęptor/refertur ad illam litterā: In illis diebus. Sic ⁊ anima cuz auferꝫ ei spōsus ꝓpriualiter ꝓ peccatū/debet flere ⁊ dolere donec reddat ei spōsus. Un Joel. j. b. Plange quasi virgo accincta sacco super virū pubertatis sue. Ruth. j. d. Non vocetis me noemi/qđ est pulchra: sed vocate me marath/qđ est amara: quia amaritudine repleuit me oīpotens: Egressa sū plena: ⁊ vacuā reduxit me dñs. Anima em̄ sine deo vacua est: quia animā deo capacem nihil potest replere quod deo minus est: vt dicit Aug⁹. o ¶ Dicebat autem et similitudinem ad illos: quare. s. nondum ꝓueniat apōs ieiuniū. s. exultationis. p ¶ Quia nemo ⁊c. Dic ostendit q̄ nō debet eis indici adhuc ieiuniuz exultatiōis siue nouę vitę.

Matth. 9. b. Marci. 2. c.

Matth. 9. b. Marci. 2. d.

Jeiuniū duplex

Blo. spōsus christus: spōsa ecclia: de ꝑ sctō cōubio apōli sunt creati ꝓ lauacrū regenerationis ⁊c. Ad Titū 3. ex hac Glo. habeꝫ auctoritas q̄ apostoli fuerꝫ baptizati: de q̄ tñ solet dubitari.



A N siue nouę vitę. Et per ꝓmā similitudinē ostēdit/ q̄ nec in parte indicendū est eis: per secundā q̄ nec in toto. Et est progressus talis. Si enī particula nouę vitę imponeretur apōlis adhuc in vetustate manētibus. i. in veteri ꝓsuetudine imbutis: ipsa noua doctrina scinderet. i. diuideret in se: nec eō particula vetustati congrueret: ve si

a nemo cōmissurā a vestimēto b nouo imittit i vestimētū vetus: alioqn ⁊ nouum rūpit/⁊ veteri nō cōuenit cōmissura c a nouo. Et nēmo mittit vinum nouū in vtres veteres: alioquin rumpet vinū nouū

q̄s cōmissurā. i. particulā separet a nouo pāno vt assuat veteri/scissura fit in nouo ⁊ veteri: q. d. nouꝰ vetere suo pōdere rumpit: Dicit ē: Quia nemo cōmissurā: id ē ꝑticulā ablatā. a ¶ A vestimento nouo. Glo. i. a ieiunio vitioz. b ¶ Imm̄ittit in vestimentū vetus: alioquin ⁊ nouū rūpit/⁊ veteri nō ꝓuenit cōmissura a nouo/sumpta. s. Glo. quia incipit displicere etiā si ante placuerat. q. d. ideo nouitas non est admiscēda vetustati: q. d. ipsa nouitas introducta statim ruet et antiq̄ cōsuetudine imbutis incipit displicere. Beda. Veteri vestimēto cōparanꝫ discipuli/q̄ adhuc sunt vetus bōdus nouus pānus: id est aliqua particula nouę vitę nō debet immitti: qđ si fit/etiā ipsa noua vestis: id est doctrina nouę vitę quodāmodo scindit: cui⁹ particula q̄ ad ieiunia ciboꝝ valet ꝓmptune tradit: cū illa doceat generale ieiuniū: nō a cōcupiscentia ciboꝝ tm̄: sz ab omni lęticia ꝛpalū delectationū. Cuius generalis ieiunij illa pars q̄ ad cibos ꝓtinet/ nō debet impariri boibus adhuc veteri ꝓsuetudini deditis: q. d. illic videtur quasi scisso fieri: ⁊ ipsi vetustati nō ꝓuenit: q. d. timendū est ne ꝓ nimiā austeritatē etiā fidē quā habebāt amittāt: q. d. nō debent misceri actⁿ veteris ⁊ noui hoīs. Nō em̄ placet sponso discoloz vestis. Un aplus Eph. iiij. f. Exuite veterē hoiem cū actib⁹ suis: ⁊ induite nouū cū actib⁹ suis. Sz caue ne itelligas aplos ee ī vetustate pcti mortalis. Nō em̄ credo q̄ ī hmōi vetustate cū ee int: sz ī vetustate ꝓsuetudinis: qđ satis determinat ī fine Glo. Vetustatē hāc intellige ꝓsuetudinē q̄ndā legaliū/⁊ obseruationē sabbati: ⁊ q̄ ꝓsueuerē frequēter māducare/nō ieiunare: Usi eis nō erat ipōnēda abstinētia ciboꝝ: q. d. rudes a cōsuetudine difficile auelluuk: q. d. abhoꝛrēt ⁊ refugiūt tāq̄ austeritatē. Moraliter. In hoc dat forma ꝓfessoꝛib⁹ ⁊ ꝓlatis/q̄ de nouo egressis a peccato/non est iniungenda grauis pnitētia: triplici ratione. Primo ne timoze grauis pnitētię resiliāt a bono ꝓposito. Secūdo ne contemnāt ⁊ peccent cōtemnēdo pnitentiā. Tertio ne scandalizent/videntes illos q̄ talem pnitentiam iniungunt/ nihil tale facere. Unde Matth. xviij. a. arguit dominus tales: Super cathedram moysi sederūt scribę et pharisei: quę dicunt facite: sm̄ vero opera eoꝝ nolite facere: dicunt em̄ ⁊ non faciunt: imponunt enim onera grauia et importabilia in humeros hominū: digito autem suo nolunt ea mouere. Item Matth. xviij. a. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt ⁊c. Ibi Glo. Pusilli non sunt scandalizandi: sed vt crescant nutriendi. Joh. xi. f. Soluite eum ⁊ sinite abire. Primo ergo debet auferri vetustas peccati/et postea paulatim debet iniungi pnitentia quę facit ad renouationem hominis. Zach. iij. b. Ecce abstulī a te iniquitatem tuam et indui te mutatoriis. Gen. xli. b. Totonderunt ioseph ⁊ veste mutata ꝓsentauerunt regi. Et hoc totum est contra rigoꝛem et austeritatem ꝓlatoꝝ ⁊ cōfessoꝝ. De quibus Ezech. xxxiij. a. Quod infirmum erat non consolidastis: et quod egrotum non sanastis: et quod fractum non alligastis: ⁊ quod abiectum non reduxistis: ⁊ qđ pericrat nō quęsistis: sed cum austeritate et potentia imperabatis eis: et dispse sunt oues meę. Item hoc est contra duplices: qui vestem exterioris conuersationis ex nouo et veteri panno consuunt: Cōtra illud Deut. xxij. b. Non induēris vestimēto qđ ex lana liqoꝛ cōtextum est. Sequit: c ¶ Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres ⁊c. Hic probat dominus q̄ ieiunium exultationis sue nouę vitę/ non erat apostolis indicendum ex toto: quia adhuc rudes erant: ⁊ ideo quasi vtres veteres: qđ patet ex petri negatione et filiozum zebedei petitione. Unde indicto tali ieiunio deficerent: ⁊ ieiunium iniunctū irritum esset vel fozte nociuum. Prima pars huius ieiunij pertinet ad exteriozes obseruantias: vnde per vestimentum significatur qđ deforis tegit. Secunda pars pertinet ad obseruantias interiozes: ⁊ ideo per vinum qđ mētem lętificat designat. Et est hoc exemplum contra duo genera hominum. Primo contra illos qui habent vinū diuinę scientię quo alios inebriant: et ipsi vitam veteris hominis ducunt. De quibus dicitur Roma. ij. d. Qui predicas non furandu/ furaris? Qui dicis: non męchandu/ męcharis? Qui abominaris idola/sacrilegium facis? Qui in lege gloriaris per pręuaricationē legis deum inhonozas? Secundo contra illos q̄ in peccato manentes audiunt sacram scripturam. Ipsi em̄ volunt ponere vinū nouum in vtres veteres: qđ non potest esse nec decet: quia in malitiosam animam non introibit sapientia: Sap. j. a. Item Eccl. xxj. c. Qoꝛ fatui q̄si vas confractum et omnem sapientiam non tenebit. Item est contra doctoꝛes qui nouis et rudibus secreta scripturarum mysteria pandunt. Unde Rabanus. Cauendum est doctoꝛi/ ne animę nondum innouatę sed in vetustate malicię perdurantī nouoꝛum mysteriozum secreta cōmittat. Dicit ergo: Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpit vinum nouum vtres et ipsum effundetur et vtres peribunt. Beda. Ueteribus verbis etiam comparantur apostoli: qui vino nouo: id est spiritualibus pręceptis facilius dirumpuntur q̄ contineant. d ¶ Sed vinum nouum. Respondet antipophoze quę posset ei fieri. Deus erat ⁊ in momento poterat eos innouare ex toto: ⁊ ad tale ieiuniū exequendum idoneos reddere: ideo occurrit ostendens nō sic esse faciendum: quia qui consuevit vetera/ nō subito sed paulatim promouendus est ad maioza. Necdum etiam erat tempus innouationis apostolozum. Ipsi enim sicut dicit Beda: erant noui vtres/cum post ascensionem accepto spiritu/ desiderio consolationis eius ⁊ orando ⁊ sperando innouabunk. Dicit ergo: Sed vinum nouum: id est nouę vitę ieiuniū: e ¶ In vtres nouos: id est apostolos in resurrectiōe domini ⁊ pentecoste innouatos: f ¶ Abittendum est: id est eis indicendum: et vtraq; conseruantur. g ¶ Et nemo bibens vetus: id est nemo veteri consuetudine imbutus: h ¶ Statim: id est subito. i ¶ Uult nouum: id est nouā omnino ingredi consuetudinem. k ¶ Dicit enim: vetus melius est: id est placet ei magis priſtina consuetudo. Per veterē pannū ⁊ vtres veteres intelliguntur etiam/ sicut dicit Hiero⁹/scribę ⁊ pharisei. Per nouum autem pānum vel nouum vinum/intelligitur pręcepta euangelij: ac si diceret dominus scribis ⁊ pharisęis: Ideo declino vestrā cōuersationē ⁊ vos nō illustruo: q. nouus pānus non est assumendus veteri: nec vinū nouū mittendū in vtres veteres: id est nouitas ꝓceptorum euangelij nō est communicanda vobis antiqua legalium consuetudine imbutis: ne maioꝛ scissura fiat/ si doctrina euangelica legali admisceatur: quia vtraq; scinderet ⁊c.

Matth. 9. c. Marci. 2. d.

f ¶ Actū est aūt in sabbato ⁊c. Expo. La. VI

f Supra redarguit dñs vanam superstitionem scribarum et pharisęoꝝ qui contra dñi discipulos indignabanꝫ/eo q̄ non ieiunarent frequēter/sicut ipsi et discipuli iohānis: excusans discipulos duplici similitudine: Adhuc in principio huius capituli excusat dñs discipulos suos sup alia indignatione pharisęoꝝ. Dividit autem istud capitulū in sex partes. In prima ponitur responsio dñi pro discipulis contra pharisęos indignātes super spicarum vellicatione ⁊ cōfricatione: quę videbatur ipsis pharisęis sabbati violatio. In secūda parte ponit manus aridę sanatio facta in alio sabbato: qđ qđ ⁊ cōtra dñm indignati sunt pharisei/ibi: Factum est autem ⁊ in alio sabbato. In tertia ponit sermo dñi habitus post noctis orationē ⁊ duodecim apostolozum electionem in monte ad discipulos ⁊ ad turbas: in quo pauperibus consolationem/⁊ ecōtra diuitibus imprecat ęternā damnationē/ ibi: Factū est aūt in illis diebus. In quarta ponitur exhoꝛtatio dñi ad discipulos suos: in qua inuitat eos ad culmē pfectionis/ibi: Sed vobis dico. In quinta ponit hypocritarum redarguti: q̄ cū pleni sint peccatis grauioꝛib⁹/ieiunia in fratrib⁹ aspere reꝑhendūt: in q̄ ostēdit dñs q̄ peccatoꝛ peccatoꝛē non valet iuste corrigere/ibi: Quid autem vides. In sexta bonos auditoꝛes verbi assimilat sibi dominꝰ: malos vo diabolo/ibi: Omnis qui venit ad me ⁊c. Dicit ergo:

y ¶ Factū est autem

Universidad de Deusto
Biblioteca



E ſ a ¶Factum eſt autē in ſabbato ſecundo primo. Hoc tribus modis exponit. Primo ſic: Factum eſt in ſabbato ſecundo primo: id eſt in ſabbato ſecūdo a primo: id eſt ſequēte ꝑcedēs ſabbatum. In ꝑcedēti eñ ſabbato intrauit ſynagogam vbi ſanauit demoniacum. ℣. iiij. k. In ſequēti ibat per ſata: vbi apoſtoli vellebāt ſpicas. Secūdo ſic: Factum eſt in ſabbato ſecūdo ꝓmo: id eſt in ſabbato euāgelico legali ꝓlato. Et dicit ſabbatum euangelicum primus reſpectu legalis ſabbati & dignitate & tēpe. Dignitate: q3 ſabbatū euāgelicū eſt feriare a vitijs: legale vero ſabbatū ē feriare ab opibus ſeruilibus. Tempe: q3 ꝓpus fuit obſeruatū ab antiqs patribus q̄s legale fuerit inſtitutū. Utroq3 mō/ ſecūdo ꝓmo/ ſūt duę dictiones. Tertio ſic: Factum eſt in ſabbato ſecūdo ꝓmo: id ē in ſabbato euāgelico q̄ eſt ſecundū & ꝓmū. Primū: q3 ante legale ſabbatū a patribus obſeruatū. Secundū: q3 poſt legale a chriſtianis q̄ſi nouiſ obſeruatuz: & in euāgelio q̄ſi nouiſ inſtitutū. Statutū eñ erat & ꝓceptū ſabbatū euāgelicum: q̄ ē ceſſare a vitijs/ ſz naturaliſ tñ. Uñ antiq3 ductu naturaliſ rōnis ꝟ obſeruabāt: poſtea ꝟo ſtatutū erat & ꝓceptū die ſalutaroris in euāgelio: & ita ſaluatoriſ ſabbatū pectoris pōt dici/ ꝓmo ꝓmū/ inq̄ſitū ē naturale: & ſecūdo ꝓmū inq̄ſitum eſt euāgelicū: & ſic ē vna dictio cōpoſita ex obliq3 & recto. b ¶Cū trāſiret ꝑ ſata/ dñs/ vellebāt diſcipuli eius ſpicas. Hoc eñ licitū erat ꝑm legē. Deut. xxiij. d. Si intraueris ſegetē amici tui/ frāges ſpicas & manu cōteres: falce aūt nō metes. Hoc aūt faciebāt diſcipuli fame vrgēte: q3 nō habebāt ſpaciū māducādi ꝓpē hominū frequētiā. In q̄ facto duo notanť. ſ. q̄ ꝓlati & ꝓdicatores debēt poſtponere cor/poraliē refectionē ꝓpē ppli eruditionē. Itē q̄ poſt eruditionē ppli nō debēt ḡrere lauta cibaria: ſz comedere gratāter q̄ minuūt in domibus ſacerdotū. ſ. r. a. Edētes & bibētes q̄ apud illos fūr. c ¶Et manducabant confricātes manibus. Myſtice. Per aplos deſignanť ꝓlati eccliē & ꝓdicatores. Et hoc generale ē vbiq3: q3 electi: q3 edocti: q3 miſſi. Per agrū ſiue p ſata/ ſignificat mūdus/ multis hominū generib⁹ q̄ſi multe granoz generibus ſeminatus. Uñ Joh. iiij. c. Leuate oculos veſtros & videte regiōes: q3 iā albę ſūt ad meſſem. Spicę ſunt boīes: In ſpica eñ ſūt duo. ſ. granū & palea: Et in boīe duo. ſ. corpus & aīa. Per ſata trāſeūt ꝓdicatores: q̄ tranſeūt p mundū ꝓdicādo & cōfeſſiōes hominū audiēdo. Spicas vellūt/ mētes hominū a terrenis ſegando. Hiere. xv. d. Si ſegaueris ꝓciosum a vili/ q̄ſi os meū eris. Leuit. xxiij. d. Feretis manipulos ſpicaz ꝑmitias meſſis veſtrę ad ſacerdotē q̄ eleuabit faſciculū coram dño. Itē ſpicas cōfricāt manibus/ pnitentiā impoēdo: nō ſolū verbo/ ſz etiā exēplo: vt p pnitentiā q̄ſi p cōfricatiōē palea ſepeť a grano. i. vitiū a virtute. Uñ Beda apud Marcū. ij. et Matth. xij. Diſcipuli ꝓcēdētes dñm hoc egiſſe referunt: q3 neceſſe eſt vt doctoris ſermo ꝓcedat: & ſic coz audiētis gra ſuppt iuſtificatiōis illuſtret. Deinde poſt cōfricatiōē manducāt: id eſt eccliē incorporāť in coz cōuerſiōe delectādo. Dic eñ ē rectus ordo: Primū ē auulſio a terrenis: ſecūdā cōfricatio pnitētię & tribulatiōis: tertiū eſt incorꝓatio eccliē. Uñ Act'. x. b. Uincta & māduca. Spicę virides nō poſſūt fricari/ niſi ꝓius igne torreanť: nec homines agere pnitentiā niſi a peccatis ſepeñ anteq̄s cōminatiōe extremi iudicij vel igne tribulatiōis exurant. Leuit'. ij. d. Si obtuleris munus ꝑmitiarū frugū tuaz dño de ſpicis adhuc viręntibus: torrebis eas igne & cōfringes in modū farris: & ſic offeres ꝑmitias tuas dño/ ſūdens ſup ea oleū: quaſi tempamentū cōminatiōis. Itē ꝑ ſata ſignificanť hominū corda: Per ſpicas ſignificanť ꝟtutes. Uñ Eccl. xli. a. Septē ſpicę pullulabāt in culmo vno. i. in chriſto: in quo ſunt & eſt omniū ꝟtutū plenitudo plene & pulcherrime: alię quoq3 ſeptē tenues & peuſſe viridine oriebanť de ſtipula: quę poz pulchritudinē deuozauerunt: q̄ ſunt ſeptē criminalia peccata/ q̄bus ꝟtutes deſtruuntť. Per ſata vadūt ꝓdicatores/ corda hominū diligēter cōſiderādo. Spicas vellūt/ ꝟtutes a terrena intētione ſepando. Cōfricāt/ opa opa ſua diiudicādo: vt Job. ix. d. Uereb̄ar opa mea. Et Judic'. vj. b. Gedeon excutit & purgat frumēta: vt fugiat madiā: id ē diabolū. Mādūcāt in bonis opibus delectādo. Pō. Labores manuū tuaz quia māducabis &. Itē ꝑ ſata ſignificat ſacra ſcḗtura: q̄ multis ſentētijs q̄ſi multis ſeminibus ē ſeminata. Spicę ſūt diuina eloq̄a/ palea hiſtorię & granuz ſpūalis intelligētię cōtinētia. Et ꝑ hęc ſata vadūt ꝓdicatores in ſcripturā ſtudēdo/ meditādo/ legēdo. Uñ Joh. v. f. Scrutamini ſcripturas in q̄bus vos putatis vitā habere. Spicas vellūt/ dū ſentētias potiores eligūt. Manibus cōfricāt/ dum opę & exēplo vez a falſo: bonum a malo diſcernunt. Mādūcāt: dū ſentētias veras memorię cōmendant. De iſtis ſpicis ſcripſit in lege/ vt meſſores eas nō colligāt: ſz paupibus colligēdas relinquāt. Leuit'. xxiij. d. Poſtq̄ meſſueritis ſegetē terre veſtrę/ nō ſecabitis eā vſq3 ad ſolū: nec remanētes ſpicas colligetis: ſed paupibus & pegrinis dimittetis eas. Uñ & booz ſcripſit meſſoribus ſuis vt ex induſtria relinquerēt ſpicas: quas ruth colligere poſſet abſq3 rubore. Et doctores eccleſię multa inerpoſita reliquerūt/ nō verecūdātes ſi minores poſt eos poſſunt aliq̄d de ſuo ingenio exponēdo inuenire. Uñ moyſes dicit Numeri. xj. f. Quis tribuat vt omīs ppls ꝓpheteť Daniel. xij. b. Pertrāſibūt plurimi & multiplex erit ſcia. Non eſt ſtereundū q̄ ſabbatis dicunť diſcipuli ire ꝑ ſata & vellere ſpicas: Marc'. ij. d. Quia in ḡete & pace ſtudendū ē in ſcḗtura. Eccl. xxxviij. c. Sapientiā ſcribe in tempe vacuitatis: & qui minorať actu/ ſapientiā ꝓcipiet. Sequiť: d ¶Quidam autem phariſeoꝝ dicebat illis: quid facitis quod non licet in ſabbatis: ꝑm ſcḗptū legis: Exod. xvi. et xxxv. Sup Marcū habeť q̄ erat ſabbatum & neomenia ſimul: quia crāt calendę cuiuſdam menſis. Q3 aūt dicit/ ſabbatis/ pluraliter: forte ad illud poteſt referri: quia erat duplex ſabbatum: id eſt ſabbatū & neomenia. Per iſtos ſignificanť illi qui doctores & ꝓdicatores reꝓhendūt/ quia in feſtis diebus ſtudent: cū in iohānes in dñica die viderit apocalypſim ſuā: vt dicit Apocal'. j. c. Nota q̄ matthęus & marcus dicūt: hęc ipſi dño fuiſſe obiecta. Sz a diuerſis: & ipſi dño & diſcipulis potuerūt obūci: & cuicūq3 obiectum ſit/ ad ipm maxime ꝓtinet. Si eñ transgrediunť diſcipuli/ videť in eum culpa redundare: qui habet eos corrigere. Eſa. xl. a. Arguet in equitate & manſuetis terrę: id eſt reſpondebit & diſcipulis. Unde ſequiť: e ¶Et reſpondens ieſus ad eos dixit: Nec hoc tē. Tripliciter excuſat dñs diſcipulos ſuos. Primo ꝑ famis neceſſitatem/ ponēs exemplum de dauid qui erat inferior apoſtolis. Secundo/ ꝑ ſacerdotis diſpenſationem: qui erat inferior chriſto. Unde dicit: Quia dñs eſt filius hominis etiaz ſabbati. Nota ergo cū dauid fugeret a facie ſaul/ venit in nobe ciuitatē: & intrauit domū abimelech ſacerdotis: & cum vrgeret fame petiit ab eo panes ꝓpoſitionis quos non licebat edere niſi ſolis ſacerdotibus: quos & dedit. Si ergo dauid excuſať ꝓpter famis neceſſitatem & ſacerdotis diſpēſationem: q̄nto magis apoſtoli debent eſſe excuſati ꝓpter famis neceſſitatē & chriſti diſpēſationem. Tertia excuſatio eſt Matth. xij. a. ꝑ miſericordię ꝓelectionem. Unde inducit illam auctoritatem Oſee. vj. c. Miſericordiam volo & non ſacrificium. Dicunt autem quidam/ q̄ abimelech diſpēſauit cum dauid qui erat ſummus ſacerdos: Neceſſitas eñ ſola non excuſat ſine diſpenſatione. Idem dicunt de matathia qui pugnauit in ſabbatis. j. Macha. ij. c. Unde leo papa. Ubi neceſſitas fuerit ad vtilitatem eccleſię: q̄ poteſtatem habet ea diſpenſet. Sed beatus Bern̄. diſtinguit tria. Quędam ꝑmę neceſſitatis: vt vota quę cuiq3 neceſſaria facit/ ꝓtia in ꝓmittendo voluntas. Quędam ſecundę neceſſitatis: vt ꝓcepta q̄ neceſſaria facit ſcipientis auctoritas. Quędam tertię neceſſitatis: vt ea quę dominus docuit in ſermone ſuo in monte: quę facit neceſſaria ꝓcepti dignitas. In primis poť diſpenſare ille q̄ ſteſt ex cauſa/ alii non. Uñ Bern̄. de cōſideratiōe. Nō ſum tā rudis vt ignorē vos diſpēſatores eſſe poſitos/ ſz in edificatiōē nō in deſtructiōē. Ubi neceſſitas vrget/ excuſabilis ē diſpēſatio: vbi vtilitas/ puocat diſpēſatio laudabilis ē diſpēſatio: vtilitas dico cōis/ nō ꝓpria: vbi nihil horz eſt/ non eſt diſpenſatio ſz crudelis diſſipatio. Dicit ergo:

Ⓕ Nec hoc legiſtis

Matth. 12. a Marc. 2. d. — Ibe conſe. diſt. 5. c. diſciplos — Myſtice — Ruth. 2. c. — Triplr dñs ſuos excuſat diſcipulos de euulſiōe ſpicarum in ſabbato



A Ⓕ a ¶Nec hoc legiſtis qđ fecit dauid/ cū eſuriret ipſe & q̄ cū eo erāt. ſ. Reg'. xxj. b. b ¶Quō intrauit in domū dei. i. abiathar vel abimelech ꝑ ipſo: q3 nō legit ipſe dauid intraſſe. Glo. dicit ſup Matth. xij. q̄ hoc factum eſt ſub abimelech. Marc'. ij. dicit q̄ hoc factū eſt/ ſub abiathar. Chryſ. ſoluit dicēs q̄ binomi⁹ erat. Al' aliter: ambo tunc aderāt ꝓſentes/ abimelech pr̄ & abiathar filiꝰ ei⁹: ſed abiathar maioris dignitatis erat ſub dauid q̄s fuiſſet abimelech ſub ſaule: ideo dñs facit mentionem de ipſo. c ¶Et panes ꝓpoſitionis ſūpſit: id ē q̄ ꝓnebant coram dño ſingulis ſabbatis: vt legit Leuit'. xxiiij. a. & Exo. xxv. c. d ¶Et manducauit & dedit eis qui cū ipſo erāt/ q̄s non licebat māducare niſi tñ ſacerdotib⁹: ꝑm legē Leuit'. xxiij. b. Uñ lex nolebat aliqs perire. Beda. Si dauid & abimelech ꝓbabili excuſatione famis/ legis mādatū trāſgredientes ſupple ſupficialiť nō ſimpliciter: ois eñ lex data eſt cū ꝓceptiōe neceſſitatis nō rebendunť: cur eandē in aplis nō ꝓbatis famē. i. famis excuſationē? Fames eñ ꝓbāda nō eſt. Alia eſt Glo. hic dubitabilis. Ambr. Magna hoſpitalitatis gr̄a/ ꝓpoſito periculo mortis/ nō declinat hoſpitē animꝰ ſacerdotis. Et hoc videť q̄ abimelech ſciebat dauid eſſe fugitiuū: qđ falſum eſt: q3 dauid dixerat ei q̄ ſaul miſerat eū. Rūdeo: ꝓpoſito. i. imminēte: imminebat eñ ei periculū mortiſ/ licet ipſe ignoraret: Uñ & pauloꝑoſt inſectus eſt & ſacerdotes alij in nobe a ſaule. e ¶Et dicebat illis: q3 dñs eſt filius hois etiā ſabbati: q̄ſi non ſint arguēdi/ q3 vellūt ſpicas in ſabbato: q3 aūcte mea hoc faciunt/ q̄ ſum dñs ſabbati. Matth. xij. a. Sacerdotes ſabbatū violant. Joh. vij. c. Si circūciſionem accipit hō &c. Marc'. ij. d. Sabbatū ꝓpter hoīem factū eſt. Chryſ. Cur & punit q̄ ligna legit: ꝑ Numeri. xv. d. Quia ſi leges in ꝓncipio eſſent ꝓcepte/ viꝝ eēnt poſtea cuſtodite. f ¶Factū eſt aūt &c. Secūda pars capituli in q̄ agit de curatione manꝰ aride quā curauit dñs in ſynagoga coram oībus in alio ſabbato: ꝓpē q̄s ſacerdotes & phariſei indignati ſūt ꝓtra eū: ſicut in ꝓcedēti ſabbato indignati fuerāt ꝓtra diſcipulos q̄ ſpicas vellebāt in ſabbato. Dicit ergo: Factū eſt aūt & in alio ſabbato vt intraret in ſynagogā & doceret. Propter duo docet & curat dñs in ſabbato. ſ. ꝓpē inſinuandū ſpuale ſabbatū: & ꝓpē celebritatē ꝓpli ꝓuētū: Sicut hi q̄bus venādi ars vbi feras aut volucres aut piſces abūdare didicerūt: ibi rętia tendūt. g ¶Et erat ibi homo/ & manꝰ eiꝰ dextera erat arida: obſeruabant aūt ſcribę & phariſei/ ſi in ſabbato curaret vt inuenirent vñ accuſarēt eū. Si curaret arguerēt eū de ſabbati trāſgreſſione: ſi nō curaret/ accuſarēt eū de crudelitate vel imbecillitate. b ¶Ipſe vero ſciebat cogitationes eorum: vt deus. i. Reg'. xvj. b. Nō videt ea q̄ parēt &c. i ¶Et ait homini q̄ habebat manū aridā: surge & ſta in medio: vt omēs videāt infirmitatē & laudēt deū de bñficio ſanitatis. Uñ & dñs poſt reſurrectionē ſuā ſteterit in medio diſcipulorꝫ/ & oſtēdit eis vulnerū cicatrices. l ¶Et ſurgēs ſteterit: ait aūt ad illos ieſus: Interrogo vos ſi licet ſabbato bñ facere an male: Chryſ. Quid ſabbato opus eſt ei q̄ ſp feſtū facit? Hoc ē feſtū ſi intēdant ſpūalia et ſecedant terrena: & ita nihil differim⁹ q̄ aurū cōgregam⁹ ab his q̄ in luto & latere opabant i egypto. Quid enim ē aliud aurū q̄ lutum?

Ⓕ Iam ſaluā

Mystice

g ¶Et erat ibi hō. Mystice: Sic dicit Beda/ hō iſte ſignificat humanū genꝰ/ in ſęcūditate boni opis arefactū/ ꝑ manu in ꝓmo parēte ad pomū exētę/ ſa: quā ſanauit innocēs manꝰ in cruce extenſa. Per hoc etiā q̄ homo habēs manū aridā erat in ſynagoga: myſtice innuiť: q3 quāto ꝓuēctiores: tāto aridiores: ad ē magis ſteriles a fructu boni opis: Et hęc ſentētia redūdat ſuper capita ſua. Uñ Beda. Ubi donū maioris ſciē tię: ibi trāſgreſſor maioris ſubiacet culpe. Hō iſte: ſicut dicit Hiero⁹: ſignificat auaros: q̄ nolētes dare volūt accipere: Contra illud Eccl'. iiij. d. Non ſit manꝰ tua ad accipiendū porrecta & ad dandum collecta. Notandū aūt q̄ quidā habēt coz aridū ſine devotione/ ſine affectione/ ſine compaſſione/ ſine bona cogitatione. In quoz ꝑſona loquitur dauid/ vbi dicit: Percuſſus ſum ſicut fęnū & aruit coz meū: quia oblitus ſum comedere panē meū. Alij aūtem habēt linguā aridam quātū ad bonas locutiones: quia nec orant/ nec prędicant/ nec cōfitentur/ nec exhortanť alios ad bonum: nec deū laudāt in eccleſia cārūdo cū alijs. Thren. iiij. a. Adhęſit lingua lactētis ad palatū ei⁹ in ſiti. Eſa. xlj. d. Egeni et pauperes quęrūt aq̄s & nō ſunť: lingua eoz in ſiti aruit. Alij habēt manū aridā nō ſiniſtrā ſz dexterā: q3 ad mala opa faciēda ſunt potētes: bona aūt facere nolūt. De quibus dr Zach. xj. d. Brachium eius aridū erit: & oculus eius dexter tenebreſcēs obſcurabit. Inuidi habēt coz aridum: detractores habēt linguā aridā: auari habēt manū aridā & hoc vel q3 nihil dant/ vel q3 parū dant/ vel q3 cum triſticia & litigio dant. Donū eoz ſine cōdimento eſt. Eccl'. xx. b. Datus inſipiētis nō erit vtilis tibi: oculi eñ illius ſeptēplices ſūt: erigua dabit & multa imꝓoperabit: & apertio oris illius inflāmatio eſt. Eccl'. xvij. c. Datū indiſciplinati tabeſcere fecit oculos, Et. ō. b. In omni dato ne des triſticiā mali ꝓbi. Alij ſunt tori aridi: & in coꝛde quantū ad bonas cogitationes: & in lingua quantuz ad bonas locutiones: & in manu quātū ad bonas opationes: De quibus dr in Pſ. Aruit tanq̄ teſta virtus mea. Teſta tora arida eſt. Et alibi. Et olla mea ſicut cremium aruerūt. Et alibi. Fiant ſicut fęnū tecto⁹: qđ puſq̄ euellat/ ꝑ mortē: exaruit/ & in uidiā in coꝛde: ꝑ detractionē in lingua: & auaritiā in manu: de q̄ nō implebit manū ſuā q̄ meter. i. chriſtus in die iudicij. Tales ſunt ſicut arbores arefacte in radice & in ſtipite & i ramis: q3 ſine ſucco/ ſine fructu/ ſine foliis ſunt. Marc'. xj. c. Cū mane trāſirēt ieſus. ſ. & diſcipuli eiꝰ/ viderūt ficū aridā factā a radicibus. Areſcit aūt arbor ꝓpter ꝙtuor. Primo ꝓpter decorticationē: Sic hō ꝓpter ſui oſtētationē. Johel. j. d. Uēs aſcēdet ſup terrā meā: fortis & innumerabilis poſuit vineā meā in deſertū/ ficū meā decorticauit. Et poſtea ſequiť: Uinea cōſuſa eſt: ficus elanguit: malogranatū & palma & malum & oia ligna agri aruerūt. Secūdo ꝓpter aquę defectionem: Sic hō ꝓpter doctrinę defectū. Amos. iij. c. Pars vna ciuitatis cōpluta ē: & pars ſup quā nō pluit aruit. Tertio ꝓpter radicis corroſionem: Sic hō aliqs ꝓpē detractionē areſcit a bono. Qđ ſignificatū eſt in Jona. iij. c. ꝙ hederā virentē & vermē corrodentē. Per hederā eñ q̄ viret in hyeme/ ſignificanť boni: q̄ gaudent in aduerſitate: ꝙ vermē/ ſignificanť detractores: qui corrodunt radicē. i. guerrūt intentionē: & ſic ar ere faciūt hederā: quia bonos q̄nq3 ceſſare faciunt a bono. Uñ dr/ ibi: Lętatus eſt Jonas lętitia magna ſup hedera: & ꝑarauit dñs vermē in aſcēſu diluculi in craſtinō: & peuſſit hederā & exaruit. Quarto ꝓpter euulſionē aut frequentē tranſplātationē: Sic hō ꝓpter ſtatus ſui frequentē mutationē. Job. xliij. b. Lignum habet ſpem/ ſi ꝓciſum fuerit rurſus vireſcet. Sic multi ſemper putāt q̄ ſi mutarent ſtatum ſuum melius ſe haberent: Sed arbor antiq̄ poſt tranſplātationē aut vir aut mulier rurſus vireſcet. Ab iſta aridītate ſpirituali ſanat dñs per tria quę ſunt in littera. Primū eſt cōtemptus terrenoz & cęleſtium appetitus: qđ notatur vbi dicit: Surge. Nam qui ſurgit a terra/ ſurſum ſe eleuat. Eph'. v. d. Surge qui dormis. Secundū eſt ceſſatio a peccatis: quod notať/ ibi: Sta in medio. Eſa. j. c. Quieſcite agere pueſe. Mali. ij. c. State ſtate: & nō eſt q̄ reuertat. Tertium eſt bona opatio: qđ notať/ ibi: Extende manum tuam. Dicit ḡ:

f ¶Factū eſt aūt &c. k ¶Surge. i. terrena contēne: cęleſtia ḡre: & a pctō quieſce. l ¶Et ſurgēs ſteterit. Celer & perfecta obedientia non quęrit inducias faciendi pnitētiā. Eccl'. v. b. Non tardes cōuerti ad deū & ne differas de die in diem.



Arbor areſcit ꝓpē quatuor

Pō. 21. Pō. 101. Pō. 128.

Matth. 12. a Marc. 3. a. — † Pō. 101.

Ar. † eſuriſſet 1. Reg'. 21. b — Matth. 12. a Marc. 2. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca



E ☞ a ¶ Diligite inimicos vestros. Loquit hic dñs pfectis: nec solũ huius tpis sed etiaz pmitiuis pfectis qs instruebat .s. apostolis: q p patiẽtiã tormẽto℞ ⁊ ppꝛij sanguinis effusionẽ erãt ecclesiam fundaturi. Quedã g q hic dicunt/ cõgruunt primitiuis pfectis: qdã etiã impfectis: quedã pfectis huius tpis. Unde notãda est hic quedã distinctio pfecto℞. Sunt enĩ aliqui qs cõtẽplatiuos dicimus: qui omnib' omnino postpositis/ nudi nudũ christum sequunt: ⁊ est summa pfectionis eo℞ habere vitam in patientia ⁊ mortẽ in desiderio. Sunt ⁊ alteriusmodi perfecti/ scz prelati maiores: qui non tenent habere mortẽ in desiderio: immo tenent desiderare vitã p salute ⁊ pfectu subdito℞: ⁊ est summa pfectionis eorũ paratos esse mori si necessitatis articulus interueniat/ anteq̃ pericliteĩ fides subdito℞. Sũt ⁊ alteriusmodi pfecti minores sacerdotes ⁊ diaconi: quorum summa perfectionis est votũ cõtinẽtie. Sũt etiã perfecti cõiugati: quorum summa pfectionis est sibi reseruare necessaria ⁊ oĩa superflua erogare. Notãdũ rursus/ q2 in lege erat talio bñficio℞ ⁊ talio iniuriarũ. Dñs pma fronte excludit talionẽ iniuriarũ: sz ne videaĩ oĩno legẽ soluere reseruat talionẽ bñficio℞/ ⁊ cũ cumulo docet ⁊ pcipit cumulare bñficia. Iniurijs etiã pcipit reddi bñficia: vt .s. iniurijs lacessiti bñficia reddamus. Et vt intelligaĩ qbus iniurijs q bñficia reddanĩ: notandũ q iniuria triplex est: scz iniuria cordis: iniuria oris/ et iniuria opis. Iniuria operis diuidiĩ in iniuriã ppꝛij corpis ⁊ in iniuriã rerũ. Iniuria rerum diuidiĩ in iniuriã rerũ necessariarũ ⁊ rerũ supfluarũ. Iniuria cordis est odiũ. Huic iniurie debeĩ dilectio cordis et exhibitio bñficij exterioris: ⁊ hoc tã a pfecto q̃ ab impfecto: q2 tam pfectus q̃ impfectus teneĩ inimicũ diligere corde: nec pꝑter odium cordis ab exteriori bñficio debet desistere. Ecce habes q2 hic quedã dicit q congruũt etiã impfectis. Iniuria oris est detractio: Cui debet duo pfect': scz optationẽ/ et †oratione: debet enĩ optare bonũ detractoribus ⁊ orare vt desistãt a malis. Iniurie ppꝛij corpis debet patientiã sine vltione/ q̃tuz ad pmitiuos pfectos: qbus illud cõgruit: Qui te pcusserit in dextera maxilla/ pbe ei ⁊ aliã. Perfecti huius tpis nõ teneĩ prebere aliã: sz parati esse: q2 nec christus legiĩ pcutiẽti alterã pbuisse. Quib' etiã pfectis huius tpis licita est vltio iniuriarũ ppꝛij corpis: Alioquin minime pmitteret hoc ecclesia tẽplarijs ⁊ hospitalarijs/ q sunt viri religiosi. De iniuria rerum superfluarũ nemo pfectus põt aliquid impetere. De iniuria rerũ necessariarũ adherendũ est verbo apostoli dicentis: Oĩa mihi licent sed nõ oĩa expediunt. Cũ itaq̃ nullus hodie sit pfectior/ vel eque perfectus apostolo/ omnibus generaliter licet sua repetere: sed quibusdã nõ expedit. Sic ergo distingue: Perfectis minoribus sacerdotibus/ coniugatis/ licet sua repetere et sub iudice/ ⁊ expedit: tamẽ nõ cum lite vel contentione: Prelatis licet repetere sua etiam sub iudice sed nõ expedit: Potius enim deberent vacare instructioni subditorum vel cõtemplationi. Speculatiuis licet repetere sua/ sz non sub iudice nec eis expedit. Ita distinguit Cant. ⁊ bñ. a ¶ Diligite inimicos vestros: actiue .i. q vob inimicanĩ nõ vosipsis. Sic enĩ amicus dr qui amat ⁊ qui amaĩ: sic inimicus q odit et q odiĩ. Sed ppꝛie amicus est q amat ⁊ inimicus q odit: ⁊ sic accipiĩ hic. Inimici aũt diligẽdi sunt: q2 ad deũ ire cõpellũt: sicut dicit Grego'. Mala q nos hic premũt ad deũ ire compellũt. Item q2 faciunt exire a peccato ⁊ qñq̃ a mũdo. Exod.xij.c. Urgebãt egyptij populũ exire de terra velociter. Itẽ q2 seruiũt sicut instrumẽta fabrilia vasis fabrilibus: Nã illorum bñficio formatur. Unde Aug'. Quod lima ferro/ qd fornax auro/ quod flagellum grano: hoc tribulatio iusto. Item sicut dapifer seruit prandentibus: Qui enim iniuriã vel cõtumeliam irrogat: dapes patientie seu mansuetudini ministrat. Sic seruiunt esau iacob. Geñ.xxv.c. Maior seruiet minori. Sic stulti seruiunt sapientibus. Unde Prouer.xi.d. Qui stultus est seruiet sapienti. Beatus Berñ. Quid nisi seruire dicam/ qui mihi caput radit vel calciamenta tergit vel terram meam rorat? Caput radit: qui temporalia tollit. Calciamenta tergit: qui verbera infligit. Terram rorãt: qui contumelias irrogat. Sed quia non sufficit corde diligere nisi dilectio probeĩ operis exhibitione: ideo sequitur: b ¶ Benefacite his qui vos oderũt: ministrando cibum mẽtis: id est doctrinam vel bonam instructionem: Ministrando etiam necessaria corpoꝛis .j. Ioh.iij.d. Fratres non diligamus verbo ⁊ lingua sed opere et veritate.

⁊ †Perfecto℞ multiplex differentia.

Triplex iniuria

Al. †orõnem

1. Cor.6.c.

Ad litterã

a Diligitẽ inimicos vestros: b benefacite his qui vos oderũt. Bñdicite maledicẽtib' c vob: orate p calũniantibus f vos. Et q te †pcusserit in ma g xillã vnã: pbe illi ⁊ alteram.

Nam talis dilectio inimicum mutat in fratrem. Prouer.xxv.c. Si esurierit inimicus tuus ciba illum: et si sitierit potum da illi: sic ⁊c. Quid si benefeceris inimico? Tibi amplius benefecisti q̃ illi: Dando ⁊ accipiendo omnis inimicitia compescit. Hieronym' super epistolam ad Roma.xij. Noli negare qd de' negat nulli: Quis sit blasphemus ⁊ impius: qui facit solem suum oriri super bonos ⁊ malos: ⁊ pluit super gratos ⁊ ingratos. Sine discretione oĩbus tribuam'/ nõ qrentes cui: sz qre demus. Quisq̃ enĩ in q̃cũq̃ necessitate moriĩ/ q succurrere põt si nõ fecerit/ occidit. Docuit dñs qd debeaĩ iniurie cordis: subsequẽter oñdit dñs qd debeaĩ iniurie oris/ dicẽs: c ¶ Bñdicite .i. bona optate ⁊ grãs agite. d ¶ Maledicẽtib' vob: Sic dauid/ semei. ij. Reg.xvj.b. Roma.xij.c. Benedicite psequẽtibus vos: benedicite ⁊ nolite maledicere .j. Cor.iiij.c. Maledicimur ⁊ benedicimus: persecutionem patimur et sustinemus: blasphemamur ⁊ obsecramus. Et hoc est qd sequiĩ hic. e ¶ Orate pro calumniantibus vos: cõuertendis ⁊ reconciliandis vt fratres fiant. Gregori'. Ille preces suas multum valere facit: qui eas pro inimicis effundit. Posset obijci/ quare non liceret inimicis imprecari/ cum prophetis hoc licuerit? Legiĩ enĩ helias imprecatus fuisse q̃nquagenario .iiij. Reg.j.b. dicẽs: Si homo dei sum ⁊c. Ideo soluit Beda in Glo. dicens q nõ fuerũt imprecationes: cum legãtur pphete pro inimicis orasse: sed futuro℞ pdictiones. Sed quia perfectorum est nõ solũ orare pro inimicis: immo ⁊ paratos esse ad scdas ⁊ tertias et quartas ⁊ quintas iniurias: ideo subdit: f ¶ Et qui te percusserit in maxillam vnam ⁊c. qd tribus modis exponiĩ. Primo sic: Qui te percusserit in maxillam vnam: id ẽ in quãcũq̃ partẽ corpoꝛis: sed maxilla poniĩ que est nobilissima pars. g ¶ Prebe ei et alterã: id est paratus sis sustinere percussionem aliã. Uñ Aug'. Nõ tm̃ non repcutias/ sed si vult alteram ferire/ patienter feras. Sic exponendo conuenit istud etiam pfectis nostri temporis. Scdo per maxillam intelligitur auctoritas sacre scripture. Unde sanson cum maxilla asini legitur occidisse philisteos: Iudic.xv.c. Et pm hoc est sensus: f ¶ Qui te percusserit in maxillam vnam: id est disputãdo vel respondendo eliserit vnam auctoritatem: appone ei alteram. Tertio per maxillam que omnib' patet ⁊ est nobilior pars corpoꝛis intelligitur apta lesio in re digna. Unde sensus est: Si quis improperauerit tibi q begardus vel papelardus sis vel stultus quia prebendas tuas dimisisti/ vel aliquid huiusmodi/ percussio est in maxillam: ⁊ tu prebe ei alteram: id est paratus sis pati aliam lesionem pro consimili causa: vt si improperat tibi q sis papelardus/ paratus sis pati iterum si vocat te hypocritam aut furiosum. Qui talis ẽ pacem habet cum omnibus. Unde Beda. Quid tam mirum q̃ pcutienti prebere maxillam? immo omnis indignantis impetus frangitur/ ira sedatur et per patientiam ille qui iniuriatur ad penitentiam prouocatur. Et Rabanus. Perfecta pax est nullam velle vindictam. Ad hanc pacem sex gradibus ascenditur: qui tangũtur in littera hic: sed plenius Matth.v. Primus est in vindicando/ se non plus reddere. Secũdus minus reddere. Tertius nihil reddere. Quartus equanimiter portare. Quintus bonum pro malo reddere. Sextus ad omnẽ aliam iniuriam sustinendam paratum esse ⁊ de omnibus gratias agere. Hi sunt sex gradus quibus ascenditur ad thronum salomonis .iij. Reg.x.c. Item/ Qui te percusserit in maxillam: id est in presentia tua tibi iniuriam fecerit: Prebe ei et alteram: id est paratus sis sustinere in absentia tua aliam iniuriam. Sic dominus Esa.l.c. Faciem meam non auerti ab increpantibus ⁊c. Threñ.iij.d. Dabit percutienti se maxillã: saturabitur opprobrijs. Mich.v.a. In virga percutient maxillam iudicis israel. Hec expositio accipitur ex illo loco: Sustinetis si quis in faciem vos cedit .ij. Cor.xi.d. Ibi Glo. In faciem ceditur cui in presentia iniuria irrogatur. Chrys. Qui repercutit legis implet mandatum/ non christi. Sed dicis: dignus est ille repercuti. Etiam/ sed tu non es dignus repercutere: quia illius discipulus es qui cum malediceretur non maledicebat: cum pateretur non comminabatur. Si oculum alterius eruis/ nunquid tuum recuperasti? Non: sed cũ membro etiam patientiam perdidisti. Diabolus vulnera corpoꝛum propter vulnera animarum procurat. Si tu nõ repcusseris/ ab hoĩe quidẽ victus videris diabolũ aũt vicisti. Sequit: ☞ Et ab eo ⁊c.

G

Al. †pcutit †Matth.5.g

H

Sex gradib' ad verã pacẽ ascenditur

1. Petri.2.d.



A ☞ a ¶ Ab eo ⁊c. Supra monuit dñs discipulos ad patientiam odio℞/ cõuitio℞/ pcussionũ: hic armat ad patientiam iniuria℞ in rebus/ docens nõ solum resistere iniurianti sed ablata non repetere. Licet autem imperfectis sua repetere sub iudice sine cõtentiõe ⁊ scãdalo: perfectis vero nõ licet sub iudice/ sed simpliciter possunt repetere vel maiori denũciare. Unde super illud .j. Corinth. vj.b. Iam quidez omnino delictuz est in vobis/ q iudicia habetis inter vos: quare nõ magis iniuriam accipitis? quare nõ magis fraudez patimini? dicit Augustinus. Ex h patet q peccatuz est habere iudicium contra aliquẽ. Idẽ. Perfectis licet sua repetere simpliciter: id est sine lite/ sine iudicio: sed nõ conuenit inde monere causam ante iudicem. Infirmis vo licet mouere causam ante iudicẽ/ ⁊ iudiciũ habere cõtra fratrẽ: sed nõ cõtẽtiose vel fraudulẽter. Uñ Aplus. Expedit ifirmis licet absq̃ dolo sine lite. Prelatis licet hoc/ nõ expedit anachorite. Nõ licet vt g eã sint res in iure petite. Cõsiliũ g dat oĩbus/ vt sua nõ repetãt in iudicio: sed pceptũ pfectis .i. pfectionem pfessis. Nunq̃ enĩ iudiciũ sine peccato termĩari põt aut raro. Uñ Chrysostomus. Primo res ĩdigna ẽ vt hõ fidelis stet in iudicio ante cõspectũ iudicis secularis. Qui te venerari debuerat ppẽ dignitatẽ fidei: iudicat te ppẽ necessitatẽ mũdi: ⁊ pdis dignitatem christi ppẽ negociũ mũdi. Oẽ iudiciũ irritatio cordis est. Si semel in iudiciũ ĩgressus fueris: iã nõ cogitas vt veritas cause appareat: sz vt quocũq̃ mõ victor existas. Hoc deus illis mãdat q magis diligũt deũ q̃ mũdũ: Nã q lucrũ anime magnum estimat: dãnũ rei modicũ putat. Difficile ẽ rẽ dimittere: sz difficilius ẽ de iudicio sine pctõ exire. Sz si hoc pceptũ ẽ religiosis: q peccãt mortaliter repetẽdo sua. Dicũt ad hoc/ q nõ repetũt sua: sz bona paupe℞. Sed si nõ licet repetere sua: quõ licet repetere aliena? Itẽ dicũt q ante iudicẽ ecclĩasticũ possũt repetere sua: sz nõ ante secularẽ. Sz qs ẽ iudex secularis? an ille q iudicat secularia? Dicũt q hoc nõ ẽ pceptũ nisi illis q ad hoc se astrinxerũt voto. Sz ad qd voto addiĩ pceptum? Dicũt q tũc fuit pceptũ: sz crescẽte malicia mũdi/ pmissũ ẽ repetere sua. Sz qs potuit dispẽsare cõtra pceptũ christi? Dicũt q si nõ liceret repetere sua/ pderet oĩs religio sua oĩa. Melius ẽ pdere res q̃ obediẽtiã ⁊ veritatẽ. Dicũt: sic periret oĩs religio. Immo aliĩ nõ seruaĩ. Fugiẽda aũt sũt iudicia. Primo ppẽ honestatẽ. Prouer.xx.a. Honor ẽ homini q separ se a cõtẽtiõibus. Secũdo ppẽ pacis ɔseruationẽ .j. Cor.vj.b. Iã oĩno delictũ est in vob: q2 iudicia habetĩ. Ibi Glo. Litigare pctm̃ ẽ cũ pax esse debeat. Tertio ppẽ iurgio℞ declinationẽ. Geñ.xiij.b. Ne queso sint iurgia inter me ⁊ te ⁊ inter pastores. Prouer.xvij.b. Semp iurgia qrit malus. Quarto pꝑter scãdali vitationẽ. Matth.xviij.a. Ue mũdo a scãdalis. Ibi Glo. Quãtũ potes sine peccato vitare scãdalũ pximi debes. Quinto ppẽ aduocato℞ malignitatẽ. De qbus dicit Sidonius. Hi sũt q causas moranĩ admissi/ impediũt pt̃ermissi/ fastidiũt admoniti/ obliuiscunĩ rogati/ dedignanĩ locupletati. Sexto quia litigare est opus demonũ: ⁊ hoĩes demonibus assimilat: vt dicit Aug'. Dicit g: Et ab eo qui aufert tibi vestimentũ/ etiam tunicam noli prohibere/ repugnãdo/ vl tua auctoritate: sicut nec dñs phibuit in passiõe. Uestimẽtũ corpis diciĩ oĩa res tempalis/ p cuius ablatiõe nõ est pugnandũ vel litigandũ/ sz sustinẽdũ. Matth.v.f. Qui vult in iudicio tecũ ɔtẽdere ⁊ tollere tunicã/ dimitte ei ⁊ palliũ. Est aũt vestimentũ anime virtutes: De quo Eccs.ix.b. Omni tempe sint vestimẽta tua cãdida. Pro huiusmodi vestimẽti ablatiõe pugnandũ ẽ vsq̃ ad mortẽ. Eccĩ.iiij.d. Usq̃ ad mortẽ certa p iusticia: ⁊ deus expugnabit p te inimicos tuos. Sz quia charitas nõ tm̃ patiẽs est ad sustinẽda dãna sz etiã benigna ad cõicãda bona sua: Ideo addit. b ¶ Omni autẽ petẽti te tribue: Manũ: linguã: cor. Manũ/ donãdo .j.xi.f. Date elemosynã ⁊c. Cõdonãdo .j. eodem.f. Dimittite ⁊c. Mutuãdo. Deut.xxiij.d. Fratri tuo cõmodabis id quo ĩdigebit/ absq̃ vsuris. Linguã/ orãdo: Iaco.vlt.d. Docẽdo. Hieronymus. Nõ solũ de elemosynis hoc ĩtelligiĩ: quia etiã diuites nec semp dare possunt: sed de pecu-

Tobie.4.c. Matth.7.b.

Matth.5.g.

B

Iudicia fugienda sunt

Tribuere debemus manũ linguã et cor

a Et ãb eo q aufert tibi vestimentũ: etiã tunicã noli phi b bere. Omni ãutem petẽti te c tribue: ẽt qui aufert que tua d sunt nẽ repetas. Et pũt vul e tis vt fáciãt vobis hoĩes: ẽt f vos facite illis siIr. Et si di g ligitis ẽos qui vos diligũt: q h vobis est gratia? Nãm ⁊ pec i catores diligẽtes se diligũt. k Et si bẽnefeceritis his q vobis benefaciunt: que vobis est gratia? Siquidem ⁊ pec l catores hoc faciũt. Et si mũtuũ dederitĩ his a qbus spe m ratis recipe: q grãtia †est vobis? Naz ⁊ pctõres pctõrib' fenerant vt recipiant eqlia.

nia q nũq̃ deficit .i. d sapiẽtia: quã tãto plus retines: q̃to plus eam p deo petẽtibus tribuis. Corrigẽdo. Eccĩ.xix.c. Corripe amicũ ne forte nõ ĩtellexerit ⁊ dicat: nõ feci: aut si fecit ne iterũ addat facere. Cor/ diligẽdo: Leuit.xix.d. Compatiẽdo. Iob xxx.d. Flebã quõdã sup eo q afflictus erat ⁊ cõpatiebaĩ anima mea paupi. Ibi Gregorius. Largiẽs sua ea que extra se sũt/ tribuit: sz q fletũ impendit aliqd de se dare videĩ. Cõgaudẽdo. Roma.xij.c. Gaudere cũ gaudẽtibus. Prouer. iiij.a. Fili da mihi cor tuũ. c ¶ Et qui aufert que tua sunt: id ẽ esse dicunĩ: vt domus/ fũdus/ pecunia/ ⁊ hmõi. d ¶ Ne repetas/ cũ lite aut scãdalo. Sed si vere aduertis/ nihil tuũ est nisi pctm̃. Naturalia qdẽ bona ⁊ gratuita ⁊ tempalia que habes dei sũt qui cõmodauit tibi .j. Cor.iiij.b. Quid habes qd nõ accepisti .j. Timoth.vj.b. Nihil intulimus ⁊c. Si qd ergo tuũ est/ peccatũ est. Uñ religiosi nihil dicũt meũ: nisi peccatũ. Osee.xiij.c. Perditio tua ex te isrĩ. Ab eo ergo qui aufert q tua sũt .i. cõfessore vel pdicatore: vel christo q aufert monẽdo/ rogãdo/ docẽdo/ cõdonando: ne repetas iterũ peccãdo. Eccĩ.v.b. Nõ adijcias pctm̃ sup pctm̃. Nota q2 ẽ psecutio ex corde .s. odiũ: cui opponiĩ/ diligite. Itẽ psecutio ex ore .s. cõuitiũ: cui opponiĩ/ bñdicite. Itẽ ẽ psecutio ĩ corpore: cui opponiĩ/ pbe ei alterã. Itẽ in rebus ablatio: cui opponiĩ/ ne repetas. Sequiĩ: e ¶ Et put vultis ⁊c. Dñs exclusa talione iniuria℞/ vt dictũ ẽ: ne videaĩ oĩno legẽ soluere reseruat talionẽ bñficiorũ/ ⁊ cũ cumulo: pcipit enĩ nõ simpliciter bñficia reddi/ sed etiam cumulari: Uñ nõ dicit: put faciũt vobis hoĩes/ sz put vultis vt faciãt vobis hoĩes: quasi cũ cumulo reddite bñficia: vnusquisq̃ enĩ melius vellet sibi fieri: q̃ fiat ei. Dicit ergo: Et prout vultis/ volũtate ratiõabili siue cõsiliata: vt cesset oĩs obiectio. f ¶ Ut faciant vobis homines: quibus potest repẽdi vicissitudo. A deo aũt ⁊ ab angelis multa volumus fieri nobis/ q nõ possumus facere illis: Ideo bñ dicit: Prout vultis vt faciant vobis homines: nõ deus vel ãgeli: qbus tñ reddiĩ vicissitudo/ solo charitatis affectu. g ¶ Et vos facite illis similiter: loco ⁊ tẽpore. Duo pcepta legis naturalis cõplectiĩ lucas in hoc q dicit: Prout vultis ⁊c. Unũ affirmatiuũ. Matth.vij.b. Oĩa q̃cũq̃ vultis ⁊c. Alter℞ negatiuum. Tob.iiij.c. Qd ab altero oderis tibi fieri/ vide ne tu aliquãdo alteri facias. Hãc duplicẽ regulã dedit de' in padiso monachis suis .i. ãgelis ⁊ hoĩb': ⁊ vult q seruẽĩ ab oĩbus: nec aliquis absoluiĩ ab his regulis. Uñ oẽs hoĩes sũt regulares: nec intrabit aliqs in paradisum nisi q hãc regulã seruauerit .i. qui cõtra nõ fecerit: qd dico ppẽ paruulos qui nõ possũt eã adhuc seruare: sed dicunĩ eam seruare/ q2 nõ faciũt cõtra. Señ. Ab alio expectes/ alteri qd feceris. Sequiĩ: h ¶ Et si diligitĩ eos qui .i. ideo q2 vos diligunt: que vobis est gratia? Nulla: q2 hoc est naturale. Uñ Beda. Amare amãtem nature est: nõ amãtem vero bñficiũ: cogere ad amorem pfectiõis christi est. Et hãc docet dñs hic/ cũ dicit: Diligite inimicos vestros: bñfacite: mutuum date. Hãc docet ⁊ salomõ Prouer.xxv.c. Si esurierit inimicus tuus ⁊c. Et tñ bonũ ẽ diligere diligẽtes. Prouer.viij.b. Ego diligẽtes me diligo. Sed certe dñs plus diligit q̃ diligaĩ .j. Ioh.iiij.b. In h apparet charitas dei: nõ q̃si nos dilexerimus eũ: sz q2 ipe pior dilexit nos. Dico q nulla ẽ grã si diligitis diligẽtes vos: i ¶ Nã ⁊ peccatores/ publicani/ ethnici/ diligẽtes se diligũt/ natura duce. k ¶ Et si bñfeceritis his q: id ẽ iõ q2 vobis bñfaciũt: q vobis est gratia? Siãdẽ et pctõres hoc faciũt. Chrys'. Nos igiĩ dicamus de deo: Si deus tm̃ iustos ⁊ amicos audit ⁊ adiuuat: quã laudem mereĩ bõitat? Nõne ⁊ hoĩes mali ⁊c. l ¶ Et si mutuũ ⁊c. Hoc dicit dñs de dãdo mutuo: Sũt enĩ duo genera bñficij: vl cum beniuole donam' qd dam': vel cũ redditũro vicẽ cõmodam'. Dicit g: Et si mutuũ dederitis his a qbus speratis recipere .i. ex h solo q2 sperat recipe/ nõ p deo daĩ. m ¶ Que gratia est vobis? Nã ⁊ peccatores pctõribus feneranĩ vt recipiant equalia. Deut.xv.b. Nõ obdurabis cor tuũ: nec cõtrahas manũ: sz apies eã paupi: ⁊ dabis mutuũ quo ☞ cũ indigere

C

Al. †eris

Quadruplex persecutio

D

Universidad de Deusto
Biblioteca





E F eũ indigere ꝓsperꝛis. Et.ſ. Nec ages ꝙpiã callide in eĩ⁹ neceſſitatib⁹ ſubleuãdis. Et.ſ. Ego ſcipio tibi vt aperies manũ pauperi. Deut'.xxiij.d. Fratri tuo abſq; vſura id q̃ indiget cõmodabis vt bñdicat tibi dñs de⁹ tuus in oĩi ope. a ¶ Veruntamẽ ꝛc. Poſtq̃ dilectionẽ ꝛ bñficiũ ꝛ pcẽz mutuũ reddarguit/ q̃ſi infructuoſa: q̃ ſola natura ducẽ vel cupiditate diligãt ꝛ bñfaciũt: Hũc ꝙliter a fidelib⁹ fructuoſe ℔ fieri debeat oſtendit / dicens:

a Veruntũ diligite inimicos
b vestros/ et bñfacite et mutu-
c um date nihil indẽ sperãtes:
d et erit merces vestra multa:
e et eritis filij altissimi: quia
f ipse benignus est super ingratos et malos.
g Estote ergo misericordes sicut ꝛ pr̃ vester misericors est.
h Nolite iudicare: et nõ iudicabimini: nolite cõdemnare: et nõ condemnabimini. Dimittite ꝛ dimittẽ vobis. Date ꝛ dabit vobis. Mensurã bonã et confertam et coagitatã/ et ſupefluentem dabũt in ſinũ veſtrũ. Eadem quippe mẽſura qua mẽ ſi fuerit/ remetiet vobis. Bi
i cebãt aũt illis et ſiſtitudinẽ.

Veruntamẽ diligite inimicos vestros. Ecc̃i.x.a. Dis iniurię ꝓximi ne memineris: ꝛ nihil agas in operibus iniurię. Roma.xij.d. Nulli malũ ꝙ malo ꝛc. Prouer.xxv.c. Si eſurierit inimicus tuus ꝛc. Leuit'.xix.d. Nõ ġras vltionem: nec memor eris iniurię ciuiũ tuoꝝ. Chryſ. Odiũ eſt ſpũs tenebrarũ: ꝛ vbicũq; deſederit/ ſordidat pulchritudinẽ ſanctitat'. Et.ſ. Si diligueris quũ diabolus implet volũtatẽ ſuã ꝙ miniſtriũ eĩ⁹: nõ ſolũ nõ iraſceris/ ſz etiã miſereberis eĩ⁹. Itẽ Chryſ. Deus non vult eſſe amicus fidelium q̃dũ ipſi fuerint inimici. Chryſ. Si doctor memor ſit iniurię/ ſoluit totus eccl̃ia ſtat⁹. Itẽ/ Chryſ. Generaliter vniuerſis cũcta mãdauit: ꝙ ſpecialiter ſacerdotib⁹. Quẽdã eñ ſũt mãdata q̃ ſpecialiter ſacerdotib⁹ indicunt. b ¶ Et bñfacite. Expone ſicut ſupra. c ¶ Et mutuum date: nihil/ tpale: d ¶ Inde ſperãtes/ vltra ſorte ab hoĩe: ſed a deo ꝙr̃ quẽ fit: ſi bñ fit mutuũ/ debet ſperari remuneratio. Ecc̃i.xxix.a. Fenerare ꝓximo tuo in tpe neceſſitatis illi⁹. Prouer.xix.c. Fenerat dño q̃ miſerẽt pauꝑis. Item Prouer.xxij.a. Qui accipit mutuũ ſeruus eſt fenerãtis. Ergo q̃ miſerẽt pauperis/ facit deũ ſeruũ ſuũ. Prohibẽt aũt vſura. Primo: qr̃ charitatẽ euacuat: cui⁹ eſt oĩa cõicare.i. Cor'.xiij. b. Charitas nõ grit q̃ ſua ſunt. Secũdo: qr̃ facit chriſtũ mendacẽ: ꝛ ap'm ei⁹ mẽdacẽ. Vter⁹ dixit/ q̃ granũ nõ facit fructũ niſi ꝑus moriat'. Chriſtus/ Joh'.xij.d. Apl's.j.Cor'.xv.e. Sz vſura multiplicat granũ et denariũ ſine morte interueniente. Tertio: qr̃ ℨ naturã trãſmutat ſpecies/ facies de argento aurũ: de auena frumẽtũ. Quarto: qr̃ tẽpus q̃ eſt in ſola dei ptãte/ vendit. Si eñ dictũ eſt diſcipulis: Non eſt veſtrũ noſſe tpa q̃ pater poſuit in ſua ptãte: Act'.j.a. multo fortius ℔ vſurarius: Nõ eſt veſtrũ vendere tpa q̃ pater poſuit in ſua ptãte. Quinto: qr̃ vſura nullũ feſtũ colit: qr̃ vſura ſemp operat: ita ſ feſtis dieb⁹/ ſicut ſ. pfeſtis: ita de nocte ſicut de die. Vñ Geñ.viij.d. Frigus ꝛ eſtus: eſtas ꝛ hyems: nox ꝛ dies nõ requieſcẽt. Peccatur aũt circa mutuũ tripliciter. Primo: qñ nõ fit indigenti. Leemię.v.a. Factus eſt clamor magn⁹ ꝑpũ ꝛ vꝛor⁹ ei⁹ aduerſus fratres ſuos iudeos: ꝛ erãt q̃ dicerẽt: filiũ noſtri et filię nr̃ę multę ſunt nimis: accipiam⁹ ꝓ precio eoꝝ frumentũ ꝛ comedamus ꝛ viuam⁹. Aliꝫ dicebãt: mutuo ſumam⁹ pecunias ꝛc. Et ſequit ibi: q̃ hoc multũ diſplicuerit Leemię. Secũdo qñ repetit ab indigenti: qñ nõ pot reddere ſine grauamine. Eſa.lviij.a. Oĉs debitores veſtros repetitis. Ibi Glo. Qui repetit nõ habentẽ/ deo facit violẽtiã. Leemię.v.b. Ego ꝛ frãtres mei ꝛ pueri mei cõmodauim⁹ plurimis pecuniã et frumentũ: nõ repetam⁹ in cõmune iſtud ex: alienũ cõcedamus q̃ debeꝫ nobis. Ero.xxij.d. Si pign⁹ a ꝓximo tuo acceperis veſtimentũ/añ ſolis occaſum reddes ei ꝛc. Tertio: qñ cõmodat res vilis vel inutilis ꝙ bona. Amos.viij.a. Audite hoc q̃ conteritis pauperẽ ꝛ deficere facitis egenos terrę dicẽtes: Qñ transibit meſſis ꝛ venũdabim⁹ merces ꝛ ſabbatũ: ꝛ aperiem⁹ frumẽtã vt imminuam⁹ mẽſurã ꝛ augeam⁹ ſiclũ: ꝛ ſupponam⁹ ſtatheras doloſas vt poſſideam⁹ in argẽto egenos: ꝛ pauꝑes ꝙ calciamẽtis: ꝛ quiſquilias frumẽti vendam⁹? ꝛ e ¶ Et erit merces vestra multa: in cẽlo. Glo. Bedę. Siue enim reddat hõ qđ cõmodatis/ reddet tũ ꝛ de⁹/ q̃ iubẽte feciſtis: ſiue non reddat/ hõ ſupple/ hereditas veſtra in ẽternũ erit. Ecc̃i.xl.a. Bene facite ꝓximo: ꝛ inuenies retributionem: ꝛ ſi nõ ab ipſo/ certe a deo. Eccẽs.xj.a. Mitte panẽ tuũ ſup tranſeũtes aq̃s: qr̃ poſt multa tpa inuenies eum. f ¶ Et eritis filij altissimi q̃ adoptionẽ. j. Theſſal.v.a. Oĉs filij lucis eſtis ꝛc. Itẽ filij ꝑ imitationẽ. Eph'.v.a. Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi. Itẽ ꝑ hereditatis ẽternę adoptionẽ. Roma.viij.c. Filij dei ſum⁹: ſi aũt filij/ ꝛ hęredes: hęredes quidem dei/ cohęredes aũt chriſti. De miſeria aũt q̃ faciat filiũ dei/ dicit Eccl'.iij.b. In iudicando eſto pupillis miſericors vt pr̃/ ꝛ eris tu velut filius altissimi. g ¶ Quia ipe benign⁹ ẽ: qr̃ peccatores lõganimiter expectat ad pnitẽtiã vt fiãt filij eĩ⁹: ꝛ reuertẽtes clemẽter ſuſcipiat ad veniã. Vñ Roma.ij.a. An diuitias bonitatis ei⁹ ꝛ patientię ꝛ lõganimitatis contẽnis? Ignorãs qñ benignitas dei ad pnitẽtiã te adducit? Itẽ/ b ¶ Benign⁹. i. largus. Nõ patet ex ꝙnq̃. Primo qr̃ dat oĩbus q̃ volũt accipe. Matth'.v.g. Qui facit ſolẽ ſuum oriri ſup bonos ꝛ malos. Vñ ꝛ hic ſequit: i ¶ Et pluit ſuper ingratos ꝛ malos. Chryſ. Carnalia bñficia prẽſtat dignis ꝛ indignis: nõ gratiam ſpũalẽ. Argumẽtũ q̃ panes non eccl̃ias. Chryſ. Vere miſericors eſt q̃ inimicis miſereꝫ. Sic de⁹ pluit ſup ingratos. Roma.v.b. Cũ inimici eſſem⁹ reconciliati ſum⁹ deo ꝙ morte filij ei⁹. Act'.xvij.f. Dat oĩbus/ vitã ꝛ inſpiratiõnẽ. Scõo cognoſcit benign⁹ eſſe ex hoc ꝙ dat oĩbus abundãter. Jaco.j.a. Qui dat omnibus affluenter ꝛ nõ improperat. Matth'.xxv.b. Dedit vnicuiq; ſm ꝓpriã ꝓtutẽ. Tertio: qr̃ rogat alios petere: qr̃ vult dare. Matth'.vij.a. Petite ꝛ accipietis. Pſ. Dilata os tuũ ꝛ impleb⁹ illud. Quarto: qr̃ dat plus q̃ petat. iij. Reg'.iij.b. Salomoni petẽti ſolã ſapiẽtiã/ dedit etiã diuitias. Et.ſ.j.a. Zacharię petẽti pacẽ ꝑpũ/ dedit ꝛ filiũ. Zach.x.a. Petite a dño pluuiã in ꝛpe ſerotino: ꝛ dñs faciet niues ꝛ pluuiam imbres. Quinto: qr̃ gratis dat ſine ſpe remunerationis. Job.xxxv.b. Si iuſte egeris: q̃d donabis ei: aut quid de manu tua accipiet? Sequit'. k ¶ Estote q̃ misericordes: ſicut ꝛ pater veſter misericors eſt. Non dicit: Eſtote potẽtes ſicut pater: vel ſciẽtes vt filius: hoc eñ libẽter audiret: ſed miſericordes/ vt ſpũſancẽ⁹. Matth'.ix.b. Miſericordiã volo ꝛ non ſacrificium. Misericordia peccata relaxat. Prouer.xvj.a. Misericordia ꝛ veritate redimit iniq̃tas. Itẽ miſericordia locũ ꝓparat vnicuiq; in cẽlo q̃ſi oſtiaria. Ecc̃i.xvj.b. Omnis miſericordia faciet locum vnicuiq; ſm meritum operũ ſuoꝝ. Amb. Non ſunt hominis quę ſecum afferre nõ poteſt: Sola miſericordia comes eſt defũctorũ. Dicit q̃: Eſtote ergo misericordes ſic et pat̃ veſter misericors eſt: Qui miſericors eſt in expectãdo. Sap'.xj.d. Diſſimulans peccata hoĩm ꝛc. Eſa.v.d. Expectaui vt faceret ꝛc. Itẽ in recipiẽdo. j.xv.a. Cũ adhuc lõge eſſet/ vidit eũ pater ei⁹ ꝛ occurrẽs cecidit ſup collũ ei⁹. Itẽ in cõdonãdo. j.vij.ſ. Nõ habẽti/ bus illis vñ redderent/ donauit vtriſq;. Itẽ in reuocãdo. Eſa.xxx.e. Et erũt aures tuę audientes vocem poſt tergũ monẽtis. Itẽ in donãdo. Pſ. Miſericors ꝛ miſerator dñs/ eſcã dedit timẽtib⁹ ſe. Itẽ in puniẽdo/ ꝛ remunerãdo: qr̃ punit citra meritũ ꝛ remunerat vltra. Eſa.lvj.a. Et ꝑdicare annũ placabilẽ dño ꝛ diẽ vltionis deo nr̃o. Estote ġ misericordes/ ꝛ vos in expectando debitores vr̃os. Matth'.xviij.d. Serue nequã/ ãone oportuit te miſereri cõſerui tui. i. expectare? Itẽ in cõdonando. Matth'.vj.b. Dimittite ꝛ dimittẽ vobis: Et hic idẽ ſubiũgit'. Itẽ/ estote misericordes/ infirmos viſitãdo: non ſolũ corpe ſz etiã fide. Roma.xiij.a. Infirmũ in fide aſſumite in cura: ſz cũ pitiditb⁹ ſacrę ſcripturę. Itẽ/ estote misericordes/ famẽ luxurię/ ꝛ ſitim auaricię extinguẽdo. Prouer.xxv.c. Si eſurierit inimicus tuus ꝛc. Itẽ a ſeruitute iracundię redimẽdo. Eph'.iij.ſ. Sol nõ occidat ſup iracundiã veſtrã. Job.xxxvj.c. Nõ ġ te ſuperet ira. Itẽ nudos veſtiendo ꝓtra frigus triſticię. Job.xxij.b. Si deſpexi ſtercuntem eo qđ nõ haberet indumentũ ꝛ abſq; operimẽto pauperẽ: ſi nõ bñdixerunt mihi latera eius: ꝛ de velleribus ouiũ mearũ calefactus eſt? Itẽ in hoſpitio cordis colligẽdo/ cõtra inuidię diſperſionẽ. Eſa.lviij. c. Egenos vagoſq; induc in domũ tuã. Itẽ mortuos ſepeliẽdo/ ꝓtra pompã ſuperbię. Eſa.xxij.a. Erit ſicut vir qui abſcõdit a vento ꝛ celat ſe a tẽpeſtate. Hę ſunt ſeptẽ partes miſericordię/ ꝓtra ſeptẽ vitia generalia. Viſito/ poto/ cibo/ redimo/ tego/ colligo/ condo. Item/ estote misericordes/ vobis: a peccatis ceſſando. Ecc̃i.xxx.d. Miſerere animę tuę placens deo. Prouer.xj.c. Benefacit animę ſuę vir miſericors. Ecc̃i.xiij.a. Qui ſibi nequã ꝛc. Nõ credo q̃dicatoꝛi/ q̃ miſereat mei qui non miſeretur ſui. Sed quia miſericordia tam poteſt eſſe in iudicando q̃z in largitate beneficioꝝ: ideo ſubiungit: l ¶ Nolite iudicare. Beda. Sine miſericordia etiam quędam aperta. Jaco.ij.c. Judicium ſine miſericordia ꝛc. m ¶ Et non iudicabimini: a deo. Glo. Bedę. Sunt quędam media et incerta quo animo fiãt: quia ꝛ bene ꝛ male poſſunt fieri. Neſcimus etiam qualis futurus eſt/ qui nũc apparet malus: de cui⁹

Usura mlꝫis de causis ꝓhibetur

Tripliciter circa mutuum peccat

Argumentũ q̃ mutuũ eſt in ꝓcepto. Deut'.23.d. Fri tuo absq; vſura ꝛc.

Judiciũ multipler

a cabimini. Nolite cõdemna-
b re: et nõ condemnabimini.
c Dimittite ꝛ dimittet vobis.
d Date ꝛ dabit vobis. Men-
e surã bonã et confertam et
f coagitatã/ et ſupefluentem
g dabũt in ſinũm veſtrũ. Ea-
m dem quippe mẽſura qua mẽ
n ſi fuerit/ remetiet vobis. Bi
o cebãt aũt illis et ſiſtitudinẽ.

Primo modo ſic: Quaſi diligite inimicos veſtros: ꝛ nolite iudicare: ꝛ dimittite debitoꝛib⁹ veſtris: qr̃ ipſi / k ¶ Dabunt. i. erunt cauſa quare dñs dabit/ in ſinum veſtrũ menſurã bonã ꝛc. Chryſ. Supfluſa menſura datur ei qui nec iudicat: cõmota aũt ei qui iudicat quidẽ/ ſed nõ cõdemnat: bona aũt ei qui cõdemnat ſed dimittit: Quoniã ſicut maioꝛ eſt menſura ſupefluſa q̃ cõmota et cõmota q̃ bona: ſic maioꝛ eſt q̃ nec iudicat. Ad primo poſitum ꝓximum ſic: Ita dixit: Date/ pauperib⁹. ſ. l ¶ Mensurã bonam. i. legitimã ꝛ magnã: Sunt eñ paruę menſurę in ciuitate: q̃ ꝓpter modicitatẽ ſunt illegitimę. Item bonam: quia de re bona ꝛ vtili. Pſ. Qui replet in bonis deſiderium tuũ. g ¶ Et cõfertã. i. plenam. Singula verba pondus habẽt. Poſſet eñ menſura eſſe legitima ꝛ ſemiplena: ꝓpter hoc ponit vtrũq;: ꝛ bonã ꝛ cõfertã. i. bene plenã. Tunc eñ confertur menſura: quando granũ in modio manibus deprimit'. Et qđ plus eſt: h ¶ Coagitatã. i. calcatã ſiue conquaſſatã. Hoc ſolet fieri cum modius hac ꝛ illac agitat. i ¶ Et ſupefluentẽ. i. nõ raſilem ſed cumulatẽ. Et his verbis plenitudo remunerationis exprimit'. k ¶ Dabũt/ pauperes. ſ. quibus vos dedikis elemoſynas. Beda. i. erunt cauſa vt de⁹ det: quia occaſio ꝓmerendi fuerũt. Dabunt inq̃. l ¶ In ſinus veſtrũ. In ſinũ quidem nõ tunicę ſed animę. Sinus aũt animę/ eſt intellectus qui implebit gloria viſionis aperte: ꝛ affectus qui implebit lętitia dilectionis pfectę. Septẽ notant' hic circa remunerationẽ. Primus eſt diſcretio remunerantis: qđ notat' per menſurã. Secũdũ eſt fidelitas eius: qđ notat' q̃ bonã. Tertiũ eſt veritas eius: qđ notat' q̃ cõfertã. Quartũ charitas: qđ notat' p congitatã. Quintũ largitas: qđ notat' p ſupefluentem. Sextum liberalitas: qđ notat' q̃ dabunt. Septimũ ſinũ vtilitas: qđ notat' p ſinum veſtrũ. Item q̃ ſinũ notat' q̃ ſimilem illud abſconditũ eſt modo. Eſa.lxiij.b. Oculus nõ vidit deus abſq; te q̃ ſparaſti expectantibus te ꝛc. Item notat' ſecuritas. Nam res quę habet' in ſinu ſecura ẽ. Eſa.xxxij. d. Sedebit ꝑplus ꝛc. Item iuſta retributio. Nam qui in ſinu pauperis abſcõdit elemoſynam: iuſtũ eſt vt deus abſcõdat in ſinum illius elemoſynã ſuam Ecc̃i.xxix.c. Cõclude elemoſynã in ſinu pauꝑis: ꝛ ipſa ꝓ te exorabit ab oĩ malo. m ¶ Eadẽ quippe mẽſura. Iſtud generaliter ſicut dicit Beda/ de omnib⁹ pot accipi/ q̃ mẽte/ manu/ lingua agunt'q: ꝑ ſm opa ſingulorũ reddit de⁹: Roma.ij.a. n ¶ Qua mẽſi fueritis: i bono ꝛ in malo. o ¶ Remetiet vobis: Quãtitati ꝙpe meriti rñdebit ġtitas ꝑmũ/ in genere. i. magnũ ꝑmiũ magno merito: ꝛ paruũ paruo. Eſa.iij.b. Dicite iuſto qñ bene ꝛc. Eſa. xxvij.b. In mẽſura ℨ mẽſurã. Apocal'.xviij.b. Qtũ glificauit ſe ꝛc. Sequit': p ¶ Dicebat aũt ꝛc. Hic loquit' dñs ꝓtra ſcribas ꝛ phariſeos: ſicut patet p Matth'.xv.b. vbi diſcipuli dixerũt ad dñm. Scis qr̃ audito ℔ verbo/ phariſei ſũt ſcandaliçati? Et ait dñs: Dimite illos: cęci ſũt ꝛ duces cęcorũ: Cęcus aũt ſi cęco ducatũ ꝑſtet/ ambo i foueã cadũt. Cõtra ꝙs dicit ℔ ſupra: Nolite iudicare ꝛc. Ipſi eñ hypocritę erãt oĉs alios iudicãtes: ꝛ volẽtes eſſe duces alioꝝ cum eſſent cęci. Sicut ꝛ mõ multi volũt duces eſſe ꝛ ꝑlati alioꝝ q̃ ſeipſos nõ vidẽt: qr̃ cęci ſũt ꝛ idiotę. Cõtra ꝙs dicit Chryſ. Si habere ducẽ cęcus periculoſũ eſt cęco: multo magis velle alĩ ducẽ eſſe. Nota ġ qr̃ in ꝓmo dixerat dñs: Nolite iudicare ꝛc. ꝛ nolite cõdẽnare ꝛc. Deinde ſubiũxit: Dimittite ꝛ dimittẽ vobis. Et poſtea addidit: Date ꝛ dabit vobis: ad hęc ꝓbãda inducit duas ſilitudines. Et ꝓma ſilitudo de ducatu cęci primo ad extrema. ſ. ad dimiſſionẽ iniuriarũ: ꝛ datione bñficiorũ. Et ſecũda reſpicit ad ℔ qđ dixerat dñs: Nolite iudicare ꝛc. Licet autez hę duę ſilitudines generaliter ad oĉs ptineãt: ſpecialiter tñ congruũt ꝑlatis: q̃ ſũt doctores ꝛ ductores gregũ: q̃ cęcis ſubditi debẽt ꝛbere ducatũ. Vñ ꝛ eis ſpecialiter cõgruit dimiſſio iniuriarũ ꝛ datio bñficiorũ: alioq̃n nõ poſſũt cęcos ſubditos ducere verbo ꝛ exẽplo: imo cęci ſũt cũ eis. Vñ ſi ſubditus iniuriat ꝑlato vel negat beneficia petenti/ eſt cęcus: qđ ſi ꝓlatus nõ dimittat ei iniurias vel etiã negat beneficia petẽti: iam cũ eo cęcus eſt/ ꝛ eſt ei occaſio erroꝛis. Reſpiciũt eñ ſubditi vitã ꝑlatoꝝ/ ꝛ eis in erroꝛibus ſe facile cõformãt: q̃ erroꝛ ſapientis facile trahit in exẽplũ. Dicit ġ: Dicebat aũt illis ꝛ ſi militudinẽ. Beda: ꝙ quãtumlibet ad dandũ elemoſynam: et

correctiõe deſperare

ad dimittẽdũ

Universidad de Deusto





ad dimittendā iniurīā. Et hoc intellige generaliter de oīb⁹; specialiter tñ de ꝓlatis/sicut patebit. a ¶Nunād pōt cē/cus cecum ducere? Nōne ambo in foueā cadūt? Glo. Bedę. Si cōtra violentū vel violentiā ira te cęcaueris: si cōtra petentē auarus eris: nunād vitiata tua mēte/vitiū eius curare poteris? Non solum qui tibi iniurīā fecit: sed etiam tu qui ferre nescis reus eris. Et ē sensus: Si ꝗs de subditis tuis te ꝓ violentiam exasperaueris: et ira vsq; adeo cęcaueris: et oculū mentis tuę/vt nō dimittas ei iniurias: Jtē si petenti beneficia negaueris: nunād tu cū cęcus sis illuminare poteris? Sed sicut ille: ita ⁊ tu reus. i. cęcus eris: Unde ⁊ ducatū ꝓ/bere nō poteris. Si autē impōbitas illi⁹ te tranquillū inuenerit. i. mitē ad sustinēdas iniurias: ipse cęplo tui ad pnitentiā illustrabit ⁊ tu inde habebis coronā. Jtē/ ¶Nūquid potest cęcus cęcum ducere? Glo. Stultus stultū docere? q. d. nō. Ex hocipso q̄ hoc verbū docere in Glo. ponit/palam est quia similitudo specialiter doctoribꝰ cōgruit. b ¶Nōne ambo in foueā. i. in perditionē/cadunt? q. d. sic. Esa. xxiii. c. Formido ⁊ fouea ⁊ laqueus sup te: qui habitator es terrę. Modo reuera multi sunt cęci duces cęcorum: qui in ꝓlationibus sunt constituti. Numeri. xxiii. a. Dixit vir cuius obturatus est oculus. ii. Reg⁹. v. a. legit q̄ hiebusq; posuerunt super muros hierusalem cęcos ⁊ claudos in despectū dauid. Sic multi ad defensionē ecclesię faciūt ꝓlatos cęcos scientia: ⁊ claudos virtute: qui nec sciūt nec valent: Unde Esa. lvi. d. Speculatores eiꝰ cęci oēs/nescierūt vniuersi/canes muti non valentes latrare. Sed quid diremus hiebusq; ad dauid. ii. Reg⁹. v. a. Nō ingredieris huc nisi abstuleris cęcos ⁊ claudos. Et verum est hoc: quia nō plenarie possidebit christus ecclesiā/donec abstulerit desup muros eiꝰ cęcos ⁊ claudos. Quō ergo vel ꝗs specula/tor erit cęcus: ⁊ ꝗs ductor erit claudus? Grego⁹. Dū pastor ꝓ abruptis vitioꝝ gradib⁹ necesse est vt grex in ꝓcipitiū ducat. Sequit: c ¶Non est discipulus sup magistrū. Quasi si cęcus ꝓlatus cęco subdito ducatū ꝓbeat/ambo ruunt: quia cęcus ꝓlatus cęco subdito est occasio ruinę: Quia/nō est: id est nō cōsueunt esse: d ¶Discipulus sup magistrū. i. ꝓlatū suū. Videt em̄ subdito/q̄ sufficiat ei si imitet ꝓlatū suū. e ¶Perfect⁹ autē omnis erit si sit sicut magister eiꝰ. i. ꝓlatus. Et ita pōt istud legi: ⁊ sic erit de ꝓcedenti similitudine: ꝗuis hoc nō habeat ex Glo. Glo. tamē legit hoc ꝓ se hoc modo. c ¶Non ē discipulus: apostolus. s. vel quilibet aliꝰ homo: e ¶Sup magistrū. i. supior magistro suo christo. Et est sensus. q. d. si christꝰ patiēter sustinuit iniurias ⁊ eas dimittat: nō dedignēt apli vel alii eas patienē sustinere ⁊ dimittere. Chryſ. Discipulus ⁊ seruus nō dicit vm̄ hoīs naturam. f ¶Perfectꝰ autē omnis erit si sit sicut magister eiꝰ. Matth. xxiii. a. Unus est magister vester. Joh. xv. c. Non est seruus maior dño suo. Matth. v. g. Perfecti estote sicut pater vester celestis ꝓfectus est. g ¶Quid autē vides festucā. i. leuius quiddā: b ¶In oculo fratris tui. q. d. cur habes oculū apertum ad iudicandū aliena crimina/et clausum ad iudicandū tua maiora? Unde sequit: i ¶Trabē autē. i. grauē crimen: k ¶Quę in oculo tuo est. i. intentione/nō cōsideras? Esa. xxvi. a. Erubescet sidon &c. Jta exponit istud ꝑm̄ q̄ primo expositū est: Nolite iudicare &c. i. de incertis diffinitiuū sententiam/ꝓferre: vel nolite dubia temere diffinire. Magis autem ꝓprie exponit istud hic de temeraria subditoꝝ reꝓhensione. Sunt em̄ nōnulli qui nimis sęuere arguunt subditos ⁊ eos exasperant/sed nō castigāt. Vi nō sunt benigni correctores sed acerbi reꝓhensores: ⁊ hoc ex odio vel ex inuidia vel simulatione. Sed cum hoc generaliter cōgruat ꝓlatis qui huiusmodi sunt: q. d. nimis sęuere arguūt subditos: specialiter tamē congruit hypocritis: qui alios dure arguere cōsueuerūt: ne in aliquo videant notabiles. Isti sunt qui trabem nō vident in oculo ꝓprio/festucā autē vident in alieno. i. grauia in se nō cōsiderant: ꝓter leuia altos exasperāt. Et hoc mirū nō est: quia ipsi habēt oculū cęcatū: illi quos arguūt habēt turbatū. Trabes em̄ vel baculus/pertica grauis oculū cęcat: festuca. i. peccatum leue/oculum turbat nō cęcat. Contra hos ergo inuehitur dns/dicēs: g ¶Quid autē vides festucam &c. q. d. tu qui habes oculum cęcatum: quomodo vides festucā eius qui habet tm̄ turbatū? Chryſ. Laicus etsi magna fecerit peccatā/festuca est ꝯtū ad peccata sacerdotum. Roma. ii. c. Qui aliū doces/cur teipsum non doces? Prouerb. xxviii. a. Vir pauper calumnians pauperes similis est imbri vehemēti in quo paratur fames. Chryſ. Si ī veritate argueres vt saluares: ꝓius teipsum saluares. Nunād potes aliū beniuolēt̄ioꝝ esse ꝑ tibi? Eccl. xiii. a. Qui sibi nequā ē: cui aliū bonꝰ erit? Jtē Chryſ. Qualiter in alienis oculis vides tā parua: ⁊ in tuis tā magna trāsurris? Si te magꝭ diligis ꝑ primū: quare ipsum ꝓcuras/⁊ nō ꝓius teipsum? Si autē te/ipsum cōtemnis/manifestū est q̄ nō est ꝓcuratio q̄ aliū iudicas: Sicut hydropicus corripit eū cui digitus tumet/ipse sui ventris īmemor. Si malū est sua nō videre peccata/duplex et triplex malū est alios iudicare. Non ꝓhibet dns corrigere et arguere: sed sua cōtemnentē alios iudicare: Hoc peccatū grauius ē trabe. Jtē Hilarius. Qui inuenit aliquis ab hoc vitio alienꝰ: quia vnusq̄sq; suis vitiis fauēs aliena facile reꝑhendit: ⁊ aliena grauiꝰ tolerādo ꝑ sua/sumit auctoritatē arguēdi sine exēplo suę emēdationis. l ¶Aut quō potes dicere fratri tuo: frater sine ejciā festucā de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabē nō vides? Beda. Nō potes min⁹/vt irā in fratre emēdare: donec maius/vt odiū vel inuidiā pepuleris de corde tuo. O diū ⁊ inuidia sunt tenebrę q̄ reddūt oculū cęcatū. Grego⁹. Improbꝰ ⁊ imperit⁹ est medicꝰ qui alios medere appetit ⁊ ꝓprium vulnus nescit. Chryſ. Omnis sacerdos si vult docere populū/ꝓius doceat seipsum. Et ideo sequitur: m ¶Hypocrita. &c. Uic docet dns ordinē mūdandi alios. Primo mūda te: postea munda alios. Aliter nō mundas/sed inquinas. Joh. viii. a. Qui sine peccato est vestrū ꝓmꝰ in illā lapidē mittat. ii. Reg⁹. vii. a. scdm aliā trāslationē: Non ędificabis mihi domū: quia vir sanguinū es. Ibi Glo. Sordes tergere nō valent manꝰ q̄ lutū tenēt. Eccl. xxxiii. a. Ab imūdo q̄d mundabit? q. d. nihil. Jdeo dr. j. Machab. iii. c. Elegit iudas sacerdotes sine macula voluntatē habētes in lege dñi: ⁊ mundauerūt sancta. Dicit ergo: Hypocrita ejce ꝓmū trabē de oculo tuo/⁊ tūc ꝓspicies vt educas festucā de oculo fratris tui. Beda. Non est ꝓius doctor aliꝰ idoneus mederi: qui nondū se sanauerit. i. iii. d. Medice cura teip̄m. Potest tamen alium arguere ex officio sed non idonee q̄tum ad se ex merito. Sequitur: n ¶Non est arbor bona &c. Quia scribę ⁊ pharisęi sicut hypocritę exterius ostendebant sanctitatē hoībus: interius autē pleni erant dolo ⁊ auaricia et iniquitate: Jdeo dño cōparat eos arbori: quę non a foliis sed a fructib⁹ cognoscit̄ ꝗlis sit. Cōmuniter em̄ ea arbor bona q̄ mala folia habet: sic verba bona ⁊ bene cōposita ⁊ etiā quędā opa exteriora: vt est iciunium/oratio/habit⁹/vilitas ⁊ huiusmodi habēt ea boni q̄ mali: Un nec ab his ꝺisceri possunt. Sed docet Aug⁹/q̄ a tribus maxime cognoscunt hypocrite qui vt dentur exterius boni/interius aut mali sūt. Primū est bonoꝝ oppressio: quos opprimūt vel ꝓsecūdo factis vel detrahēdo verbis. Oēs em̄ hypocritę detractores sunt. Secūdū est facilis reꝑhensio aliorꝝ: qō faciūt/vt videant habere ꝯlū. Tertiū est impatientia in aduersis. Supra oēs em̄ mouent ⁊ offenduntur ad cōtumelias sibi dictas: quia gloriā quęrūt: ideo dolent ad cōtumeliā. Hiero⁹. Nō queras gloriam ⁊ nō dolebis cū ingloriosus fueris. Qui laudē nō appetit nec contumelias sentit. Nō ideo bonū te estimes/q̄ bonꝰ ꝓdicaris. Seneca. Sis es quem te multi intelligūt: introrsus bona spectent. Nota etiā q̄ sup Matthęū habet: q̄ arbor bona vel mala ē ipse hō: hic aut habet q̄ voluntas. Sed nō est cōtrariū: hoc em̄ voluntati attribuit̄ per causam: quia ipsa est causa ꝙre opus bonū vel malū dicat̄ bonū vel malū: vel ipse hō dicat̄ arbor bona vel mala. Dicit ergo: Nō ē em̄ arbor bona. i. voluntas. o ¶Quę facit fructꝰ malos. i. opa mala. Arbor ergo &c. voluntas: mihilominꝰ potest dici ⁊ ipse hō. Unde grece dicit̄ anthropos: ꝙ id est arbor cōuersa: id est arbor: cōuersa: quia radices habet superius. i. capillos in capite. i. cogitationes in cęlo siue in deo. Hiere. xvii. b. Beatus vir q̄ cōfidit in dño: ⁊ erit dns fiducia ipsius: ⁊ erit tanq̄ lignū qō trāsplantat̄ sup aquas: qō ad humorē mittit radices suas. Radices sunt cogitationes ⁊ affectiones/q̄ nō vident; aquę sunt fluenta gratię ⁊ doctrinę: humor: deuotio: folia sunt verba: cortex habitꝰ exterior: flores fama ⁊ opinio: fructus sūt opera: terra plātationis ecclia. a ¶Nec ꝙ arbor mala faciens fructū bonum/est supple. Jn Matthęo: Nō pōt arbor mala fructus bonos facere: intelligē manēs mala. Sicut ꝑ simile ostendit Aug⁹ de niue/dicēs: q̄ nō potest calefieri/scz manēs nix: ter quo em̄ calefit iam est aqua. b ¶Unaquęq; em̄ arbor de fructu suo cognoscit̄. Hoc sicut dicit in Glo. intelligendū est de manifestis. Nō em̄ ꝺictū est: Nō est arbor bona &c. tā de occultis q̄ de manifestis intelligit. Sz hoc: ¶Unaquęq; arbor &c. tm̄ de manifestis intelligit: Ex manifestis em̄ fructib⁹ nō occultis cognoscunt arbores malę: Nec solū a fructib⁹ cognoscunt sed etiā a cortice/a foliis/a flore: ⁊ maxime a fructu: Sic ⁊ homo cognoscitur a cortice. i. exteriore gestu ⁊ habitu. Eccl. xix. d. Ex visu cognoscit vir/⁊ ab occursu facici cognoscit̄ sensatus: Amictus corporis ⁊ risus dentiū ⁊ ingressus hoīs enūciāt de illo. Beatus Bernā. Solent dicere boues: Nōne de vestibus cura est deo ⁊ nō magis de moribꝰ? An forte hęc vestiū forma deformitatis morū aut vitioꝝ indiciū est. Aug⁹ in libro de sancta virginitate. Nō improbet te vultus/nō vagi oculi/nec infrenis lingua: nō petulans risus/nō nitentes habitus/ nō tumidus aut flurus incessus. iii. Reg⁹. i. b. Qui figurę ꝙ habit⁹ est vir qui occurrit vobis/⁊ locutus est verba hęc? At illi dixerunt: Vir pilosus ⁊ cona pellicea accinctus renibus. Qui dixit: helias thesbites est. Ecce quomodo cognouit eum rex a cortice. Item cognoscit a foliis. i. a verbis. Matth. xxii. g. Et tu galilęus es: nā ⁊ loquela tua manifestū te facit. Judic. xii. b. Quid ephrateus es tu? Quo dicente: nō sum: interrogabāt eū: Dic ergo sboleth quod interꝑtat spica: Qui respondebat chebo leth &c. Joh. iii. d. Qui de terra est de terra loquit̄. Item cognoscit a flore. i. a fama ⁊ opinione: quę reuera nō sunt contemnenda. Aug⁹. Crudelis est qui famam negligit. ii. Cor⁹. ii. d. Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiūt ⁊ in his q̄ pereūt. Roma. xii. d. Prouidētes bona &c. Jdeo dicit sponsa/Cant⁹. ii. a. Fulcite me floribus. Jtē cognoscit a fructu. i. ab opere. Apocal. xiii. c. Opera illorū sequūt illos/quasi testes. Beda. Jeiunia ⁊ orationes ⁊ huiusmodi sunt simulatis vt et bonis: sed nō debent oues pelles suas deponere: et si aliqñ ꝓpi se eis contegunt. q. d. pellibus ouinis induunt lupi. s. hypocritę/specie bonorū operū induti in supficie: sed non ꝓpterea debent oues suas deponere. i. a ieiunijs ⁊ orationib⁹ ⁊ cęteris bonis operibus vacare. Si em̄ dicat ouis: nō induar amplius vellere meo: q̄ nescio qua die vidi lupū indutū vellere ouino: stultum esset. Chryſ. Quare nō dedit doctrinā qua cognoscerent? Quia voluit nos esse in agone semp. Sequit: c ¶Neq; em̄ de spinis colligunt ficus: nec de rubo vindemiant vuā/ad litterā: Mystice. q̄ spinas intelligunt hęreticī siue hypocritę: q̄ sicut de spinis nemo colligit fructus vbertatē: sic ab hę reticis nemo accipit doctrinę veritatē. Moraliter: Spinę sunt diuitię tęporales q̄ pungunt ⁊ lacerāt possidentē: ⁊ viā impediūt ne libere trāseat: ⁊ suffocant semen verbi dei/ne fatū oriatur. Matth. xiii. a. Alia ceciderūt inter spinas ⁊ creuerūt spinę et suffocauerunt ea. Job. xxx. a. Esse sub sentib⁹ delitias cōputabāt. Hiere. iii. a. Rouate &c. Prouer. xxiii. d. Per agrū pigri hominis &c. Per ficū aūt q̄ dulcis est intelligit opus misericordię: qō dulce ē ⁊ suaue pauperib⁹. Sicheę. vii. a. Ficus ꝓcoquas desiderauit ala mea. Ergo de spinis ficus colligit/cū opⁿ misericordię de diuitijs ozit. Ad ꝑ dant diuitię vt ī vsus pauperū expādant: ⁊ sic de spinis ficus colligant. Per rubū q̄ pungit/tribulatio ⁊ angustia hui⁹ vitę intelligit. Per vuā ꝙ spūalis lętitia significat. Dic q̄ duo genera hoīm reꝑhēdit dns ꝓncipaliter q̄ suis donis abutunt. i. diuites et pauperes. Diuites de impietate: qō ꝺ spinis nō colligunt ficus. i. de suis diuitijs pauperib⁹ nō succurrūt. Pauper de impatientia: qz de rubo nō colligūt vuas. i. ꝺ tribulationibus suis ⁊ angustijs spiritualē lętitiā nō acq̄runt. Zacheus ꝺ spinis ficus collegit/cū dimidiū bonoꝝ suoꝝ pauperib⁹ dedit: ⁊ si quę defraudauerat restituit. J. xix. b. De rubo verovuas collegerūt illi/de q̄bus dicit̄ Act⁹. v. g. Ibāt apli gaudentes &c. Jacob. i. a. Omne gaudiū &c. Ecōtrario q̄dā de ficis colligūt spinas. i. hypocritę: q̄ de opibus misericordię q̄ faciūt sibi cōgregāt diuitias ⁊ ꝓbendas. De q̄bus dicit Matth. vi. a. Amen dico vobis recepērūt mercedē suā. Sequit: d ¶Bonus homo &c. Diximus supra arborē bonā fructꝰ malos nō facere: ⁊ arborē malā bonos: ꝛ bona arbor bonos fructus facit ⁊ mala malos: Jdē dicit hic: ꝛ alia similitudine: idē vocās thesaurū qō ꝓr radicē: ⁊ id qō ꝓfert idē qō fructū. Radix ⁊ thesaurꝰ intentio est vel voluntas: fructꝰ siue id qō ꝓfert opus vel verbū. Dicit g̃: Bonus hō &c. Sic cōtinua. Jta dixi q̄ de spinis nō colligūt ficus &c. sed/bonꝰ hō de bono thesauro cordis sui/intentiōe cogitationis: ꝓfert bonū/⁊ entiō opis: et malus hō de thesauro malo ꝓfert malū. c ¶Ex abūdātia em̄ cordis os loquit̄. In thesauro em̄ cordis si loco auri cupīt̄ est/cupīt̄ ꝓfert. Chryſ. Supemanās int⁹ neq̄tia effundit ex/tra ꝓ os verba. Et. J. Si tārū est in riuo q̄tū putas ē in fonte? Et. J. Exēplū de vomēte ⁊ hypocrita. Prouer. xv. a. Os stultoꝝ ebullit stulticiā. Ecōtrario dicit̄ iust⁹: Eructauit cor meū verbū bonū. Beda. Per oris locutionem vniuersa q̄ accu vel cogitatu de corde ꝓferunt dns significat: Nā ⁊ verbum ꝓ facto soleт poni. Un: Nō fuit ꝑbū q̄d nō ostenderet eis. iii. Reg⁹. xx. c. Esa. xxxix. b. alia trāslatio. Jtē Ex abūdātia cordis os loquit̄. Interlii. Deo ⁊ si nō hoībus. Sensus est: q̄ ipse veraciter intelligit ex qua intentione verba ꝓcedant: licet aliī nō possūt q̄dꝫ ita vt est intelligere. Nota thesaurus bonꝰ triꝑlex. Primus ē thesaurus pecunię. De quo Eccl. xxix. b. Pone thesaurū tuū in ꝓceptis altissimi/⁊ ꝑderit tibi magis ꝙ aurū. Secūdus est thesaurus scientię. De q̄ Eccl. xx. b. et. xli. c. Sapiētia abscōsa ⁊ thesaurus occultus q̄ vtilitas in vtrisq;? Tertiꝰ est thesaurꝰ gr̃ę. De q̄ Prouer. xxi. c. Thesaurus desiderabilis ⁊ oleū ī habitaculo iusti. Sz multi amittūt hos thesauros ꝓ insipiētia suā aut ꝓ incautā ostensionē: vt ecchias/Esa. xxix. c. Quid viderūt viri isti in domo tua &c. Grego⁹. Desiderari &c. Alij amittūt ꝓ stultā abscōsionem. Eccl. xxix. b. Perde pecuniā ꝓpter fratrē ⁊ amicū tuū ⁊ nō abscondas illā sub lapide ī pditionē. Exēplū. Alij amittūt ꝓ furū subtractionē/aut ꝓ tineę corrosionē/aut ꝓ cruginis ꝓsumptionē. Fures dico adulatores: Tineā/vanāgloriā: Eruginē inuidiā. Matthęi. vi. c. Nolite thesaurizare vobis thesauros &c. De hoc ē triplici thesauro pōt dici: Bonus hō de bono thesauro &c. De primo/ꝓfert bonū misericordię. i. elemosyna. De secūdo/bonū doctrinę. De tertio/bonum opus. Un Matth. ii. b. Apert⁹ thesauris suis obtulerūt ei munera/aurū thus ⁊ myrrham. Similiē ē malus thesaurꝰ triꝑlex. Primꝰ ē thesaurus pecunię male acq̄sitę/vel male retētę. Jaco. v. a. Aurū vestrū ⁊ argētū eruginauit. Hiere. i. f. Gladi⁹ ad thesauros eiꝰ. Secūdus ē thesaurꝰ culpę. Roma. ii. a. Thesauriças tibi irā ī die irę dñi. i. ꝓtīm. Tertiꝰ ē thesaurꝰ erroris. Pō. Ponēs ī thesauris abyssos. Malus ꝙ hō de ꝑmo thesauro ꝓfert ineptas exꝑēsas. De secūdo malū opus. De tertio falsa dogmata &c.

In thesauro bono habet
- Firmitas
- Preciositas
- Secretū
- Pulchritudo
- Sollicitudo
- Confidentia

f ¶Quid autē vocatis me dñe dñe: et non facitis q̄ dico? q. d. vos habetis folia sine fructu. i. verba sine opere: similes salicibus q̄ habent folia similia oliuis/sed fructu carent. De q̄bus dicit̄ Job. xl. c. Circūdabunt eum saliceꝫ torrentis. Sūt



Mystice

Glo. Spina ⁊ rubꝰ &c. J. i ii. Quō si q̄ꝫ facta vel dicta malorū &c. quasi obiectio est ad ꝺictā: ac si diceret: Nūquid ex opib⁹ malorū siue hypocritarū sequunt bona? Nunād nō ex opere iudę secuta est salꝰ humani generis? Ergo hypocritę vel ꝗlibet mali faciūt bona. Jō soluit Glosa: q̄ mali nō faciūt boc ꝙ sit de illis cōsilio dei.

Mat.15.b. Mat.10.c Joh.13.b. Mat.7.a

Mat.7.c

Mat.12.c.

Mat.7.c

Pō.44.

Pō.32.

Tripler thesaurus bonꝰ

Tripler thesaurꝰ malus

Universidad de Deusto Biblioteca

suam rediret in domum suam: ⁊ postea narraret ꝑdicando be
neficia dei/multa turba reciperet. t ¶Erāt enim omnes
expectantes eum. Gen.xvii.a. Expectate hic cum asino.

S

Quare dñs sanatū a legione demoniorū nō permisit se sequi

Pś.50.

Allegorice

b

¶Et venit vir cui nomē iairus: et ipse p̄ncēps synagoge erat: ⁊ cecidit ad pedes iesu rogās eum vt intraret in domū eius: qz filia vnica erat illi fere annoz duodecim: ⁊ hec moriebat. Et dum vadit/turbe comprimebant eum. Et mulier que erat in fluxu sanguinis duodecim annis: que in medicos erogauerat omnem substantiam suam: nec ab vllo potuit curari: accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius: et confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et dixit dominus: quis me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit petrus et qui cum illo erant: preceptor turbe te comprimunt et affligunt: et dicis quis me tetigit? Ait tamen dominus: tetigit me aliquis: ego enim noui virtutem de me exiisse. Et mulier videns quia non latuit: tremens venit et procidit ei: et ante omnem populum causam exposuit eius: quare tetigerit eum: et quemadmodum continuo sanata sit. Ipse autem dixit illi: filia fides tua te saluam fecit: vade in pace. Adhuc eo loquente venit quidam ad principem synagoge dicens ei: quia mortua est filia tua: noli amplius vexare magistrum. Jesus autem audito hoc verbo respondit patri puelle: noli timere: tantum crede: et salua erit. Et cum venisset domum non permisit intrare secum quemquam nisi petrum et jacobum et johannem et patrem puelle et matrem. Flebant autem omnes et plangebant eam. At ille dixit: nolite flere: non enim mortua est puella sed dormit. Et deridebant eum scientes quia mortua esset. Ipse autem eiecit foras omnes et apprehensa manu puelle clamauit dicens: puella surge. Et reuersus est spiritus eius et surrexit continuo: et iussit illi dari manducare. Et stupuerunt parentes eius: quibus precepit ne alicui dicerent quod factum fuerat.

Mystice

B

Pś.75.

Allegorice

Hoc est/ q̄ in fine mundi multitudo iudęorum qui adhuc expectāt messiam/per fidei confessionem recipiet christū. Osee.iii.b. Dies multos sedebunt filij israel sine rege ⁊ sine principe ⁊ sine sacerdotio ⁊ sine altari: ⁊ post hęc reuertentur filij israel et quę rent dominū deum suum. Sic ꝑdicatorem si post sanationē suam rediret in domum suam: ⁊ postea narraret ꝑdicando beneficia dei/multa turba reciperet. t ¶Erāt enim omnes expectantes eum. Gen.xvii.a. Expectate hic cum asino.

S Et ecce venit vir



A S b ¶Et ecce venit vir. Post reditū dñi in galileā addit lucas de suscitatione filię archisynagogi: et in medio de sanatione mulieris emorroisse: Et quāuis hęc forte nō sibi cōtinuentur/elegāter sibi continuant quantū ad mysteriū. Lucas autē potius querit continuationē mysterij q̄m historię. Quia ergo hęc mysteria cōmia sunt/elegāter ꝓtinuauit ea lucas. Dicit ē: Et ecce venit vir cui nomē iairus: et ipse p̄ncēps synagoge erat. Hic nominat iairus cuiꝰ filia sanāda erat. Similiter Job.xi.d. noiat lazarus suscitatꝰ. Et alius lazarꝰ medicus. j. xvi.c. sed diues nō noiat. Silr. ē. eodē. d. nō nomiat demoniacus sanatꝰ. Quare hoc: Sol. Pōt dici q̄ p illos q̄ nominant in sacra scptura significāt causę ꝓpter ēs hō est nominabilis: Per illos ro q̄ nō noiant: significant causę ꝓpter ēs hō nō est nominādus. Uel pōt dici/q̄ iō q̄dā nominant ⁊ q̄dā nō: vt ostendat semp causa specialis subesse ēre sic fiat: Nihil enim fit vel dicit/maxime in euāgelio sine causa. Hic aūt iairus nominat: qz maximus erat inter doctores iudęoꝝ: ⁊ magnum exemplū fuit alijs sua cōuersione. f ¶Et cecidit ad pedes iesu/rogās eum vt intraret in domū eiꝰ. Chryꝰ. Quid si nō intraret? Chryꝰ. Sensibilibus rebus indigēt qui grossius dispositi sunt. b ¶Quia filia vnica erat illi fere annozū duodecim. Quia vnica: ideo magis diligebat eā: vñ ⁊ magis dolebat de infirmitate eiꝰ. k ¶Et hec moriebat: id est laborabat ad mortē. Matthę. ix.c. dicit: Filia mea mō defuncta est. Sed nō est cōtrariū: qz p diuersis tpibus loquūt matthęus ⁊ alij duo. Matthęus loquit ex tpe quo iairus venit ad dñm: alij ꝓ tpe quo recessit a domo sua: q̄ adhuc viuebat filia: sed in extremis erat: Uñ voluit vt si mortua esset/susci
Mystice taret eā: si nōdū mortua/sanaret illā. Mystice: Jairus significat p̄latū ecclesię: Tum ꝓpter officij dignitatē: Erat em̄ princeps synagogę: Tum ꝓpter nois interpretationē. Interpretat em̄ illuminatus vel illuminās: Et ꝓ latus p̄mus debet esse illuminatus a deo per gratiā ⁊ intelligentiā: ⁊ postea illuminans alios per doctrinā ⁊ bonā vitam. Uñ ꝓ latus dicit Matth.v.
Pś.75. b. Vos estis sal terrę: ⁊ vos estis lux mūdi. Et in Pś. Illuminans tu mirabiliter a mōtibus eternis. Filia eius/plebs subdita. Eccl.vii.c. Filię tibi sunt ⁊ circumda corpus illarū. Et infra parū: Trade filiā tuā ⁊ grande opus feceris: ⁊ homini sensato da ilam. Bene docet in hac auctoritate ꝓ latus cui debeat dare parochias suas: ⁊ q̄ nō debet vendere nec retinere sed dare. Sz q̄d fecit iairus? Moriente filia iuit ad iesum: cecidit ad pedes eius: rogauit ꝓ illa vt sanaret eā: Sic ꝓ latus ꝓ quolibet subdito infirmāte vel moriēte vel mortuo / debet orare humiliter ⁊ p̄seuerāter/⁊ sine dubio impetrabit. Unde. j. ij. a. Quis vestrum habebit amicū et ibit ad illū media nocte ⁊c. Et sequit: Amen dico vobis si perseuerauerit pulsans/surget et dabit ei quotquot habet necessarios. Amicus iste est christus: ad quez debet ire ꝓ latus/cum amicus: id est subditus venit ad eum de via. i. cū venit ad noticiā eius peccatū subditi. Et debet petere tres panes. i. triplicē grattiā: scz operantē/cooperantē ⁊ p̄seuerantē. Operantē quę iustificat: cooperātē quę adiuuat: p̄seuerantē quę cōsummat. Uel per tres panes: veniā: gratiā ⁊ gloriam. Uel per tres panes: veniā peccatoz/noticiā credendoz/ gratiā faciendorū. Sic moyses cū peccasset ppłus suus p̄seuerāter orauit ꝓ ipso. Uñ Ero.xxxii.g. Obsecro dñe/peccauit populus iste peccatū magnū: fecerunteq̄ sibi deos aureos: aut dimitte illis hāc noxā: aut si nō facis/ dele me de libro tuo quē scripsisti. Sic Daniel.ix.d. Auertat obsecro dñe ira tua ⁊c. Sic paulus/Roma.ix.a. Tristicia mihi magna est ⁊ ꝓmanus dolor cordi meo: optabā em̄ ⁊c. Modo aūt libere peccat populus ⁊ misere moriē: ⁊ nō curat ꝓ latus. Unde Esa.l.a. Justus perit ⁊c. Beatus Bern. Cadit asina ⁊c. Itē Esa.lxiij.c. dicit populus cōtra p̄latū: Iniquitates nostrę quasi ventus abstulerūt nos: ⁊ nō est qui inuocet nomē tuū: qui cōsurgat et teneat te. Recte ē dicit hic: a ¶Erant em̄ oēs expectantes eū: id est iesum. i. salutē. b ¶Et ecce: admirationē ⁊ demonstratiuū ad oculū. c ¶Uir: nō puer/nō mulier/nō adulter/nō meticulosus: sed/vir/tēpore/ cōugio/ sexu/virtute ostendit. Esa.iiij.a. In die illa apprehēdent septē mulieres virum vnū: id est septē virtutes. i. pauertas/māsuetudo/lucrus/iustitia/misericordia/mūditia/ pax. Uel vniuersitas angustiarū ⁊ dolorꝭ ꝓ se ⁊ ꝓ suis. Esa.liij.a. Desideravimus eum despectum ⁊ nouissimū virorū: virum dolorū ⁊ scientē infirmitatē. Talem p̄latū desiderāt subditi: quia talis bene scit compati ⁊ affectu ⁊ effectu. Talis erat paulus. ii. Corinth.xi.f. Jn labore ⁊ erumnis in vigilijs multis ⁊c. d ¶Cui nomen iairus: id est illuminatus et illuminans. Hoc debet esse nomen p̄latī: quia nominabilis debet esse in vita ⁊ doctrina. Exod. xxiii. d. Jnueniſti gratiam coza me: et teipsum noui ex nomine. Itē Ero.xxxv.d. Vocauit dñs ex nomine beseleel ⁊c. e ¶Et
L ipse p̄ncēps synagoge erat: id est ecclesię: Et merito: Talis em̄ debet p̄esse ecclesię/nō pueri vel idiotę. Sed heu temp
oribus nostris impleta est ꝓphetia Esa.iii.a. Auferet dñs a hierusalē ⁊ iuda validum ⁊ fortē ⁊c. Et. j. Dabo pueros p̄ncipes eoz ⁊c. f ¶Et cecidit ad pedes iesu. In hoc notatur humilitas ⁊ cōtemplatio boni p̄latī: qui cadens p humilitatē/pedes christi. i. diuinitatē ⁊ humanitatē diligēter cōtemplat. Deut.xxiii.a. Qui appropinquāt pedibus eius ac/
cipiant de doctrina eius. Et bene cōiungunt humilitas ⁊ contemplatio: qz virtus humilitatis aperit oculos cōtemplationi. Unde Numeri.xxiii.c. Dixit auditor sermonū dei: qui nouit doctrinā altissimi et visiones omnipotētis videt: qui cadens apertos habet oculos. g ¶Rogans eū vt intraret domū eius. i. ecclesiā/siue plebē sibi comissam. Jn quo notatur charitas ⁊ sollicitudo p̄latī: qui diligēter rogat ꝓ populo suo/optans ei iesum: id est salutē eternam. h ¶Quia filia vnica erat illi: id est vnica ecclesia chara vt filia: nō subiecta vt serua. i ¶Fere annozū duodecim: ⁊ hec moriebat. Jn hoc notat patiētia p̄latī: qui nō statim in subditos peccantes fulminat: sed patiēter ad pnitentiā expectat. Duodecima enim hora est vltima hora diei. Unde ꝙ duodecimo anno moriebat/significat peccatū vsq̄ ad senium. Esa.xlvi.d. Usq̄ ad senectam egoipse ⁊ vsq̄ ad canos ego portabo. Moraliter. Jairus est spiritus illuminatus a gratia: ⁊ illuminans totam animā. Pś. Signatū est super nos lumē vultus tui dñe. Item Pś. Facię tuā illumina ⁊c. Glossa littera in anima/est christi imago ⁊ similitudo: sed diabolus quādoq̄ carbone superscribit. Filia eius est caro. Eccl.xlii.b. Super filia luxuriosam confirma custodiā. Judic.xi.f. Deus me filia mi decepisti me/⁊ ipsa decepta es: aperui enim os meū/⁊ aliud facere non potero quin. i. imolem te deo: q̄ fit ieiunādo/vigilando/orando/manibus laborādo/disciplinas recipiendo / ⁊ huiusmodi. Hęc filia infirmat/cum ad peccandū sollicitat. Tunc iairus: id est spiritus/debet orare ꝓ ipsa: quę si mortua fuerit etiam suscitat/si ille p̄seuerauerit orās. Et bene dicit esse duodecim annozū: quia tunc incipit caro moueri ad peccandū. Sequit:
Moraliter P Pś.4. Pś.118.

l ¶Et contigit dum iret/a turbis comprimebat. Je
Quattuor turbę iesum cōprimunt sus comprimit a quattuor turbis. Pā in ecclesia comprimit a turbis hereticoū/tyrannoū/falsoū christianoū. Itē in capitulis/a turbis aduocatoū/malorū theologorū/ nobiliū canonicoū. Item in claustris/a turbis dissidentiū fratrū inobedientium murmurantiū. Jn corde comprimit/a turbis malarum cogitationū/p̄lauoū desideriorū / curarum temporaliū/ blasphemiarū/iniquarū suggestionū: quas ingerūt demones inuidentes nobis pacem pectoris quā non habent. Sequitur:

M Et mulier quędā

Allegorice Allegorice. Filia iairi est plebs iudaica: Mulier emorroissa est gentilitas: q̄ dum iesus q̄dicaret iudęis occurrit ei p fidē ⁊ ante sanata est. Uñ Beꝺ. Dum ad sanandā puellā. i. synagogam carne assumpta ꝓpter filius dei: mulier. i. ecclesia de gētibus cōgregata: q̄ interiorū lapsu criminū deperibat/ paratā alijs p̄cipit fide salutē. Et bene dicit: paratā alijs: qz ad iudęos specialiter venit. Uñ Matth.xv.c. Nō sum missus nisi ad oues q̄ perierūt domus israel. Esa.ix.b. Verbū misit dñs in iacob. i. in populū iudęoꝝ: ⁊ cecidit in israel: qz gentes eū receperūt. Recte aūt annis duodecim dicit passa: quot annoz erat puella: qz ex quo synagoga cepit deo famulari/cepit gentilitas idolatria maculari. Et parū añ. Hęc mulier oēm substantiā suā medicis erogauit/nec curari potuit: qz ēgritudines vires naturalis ingenij in pbos disciplinis expēdit: qui recte viuendi ꝓcepta se dare dominiꝰ ꝓmittebant: nec a peccatis poterant liberare: Sed ad tactū fimbrię iesu est sanata: qz p fidē humanitatis christi est a peccatis mundata.

A 4

E F a ¶Et mulier quedā erat in fluxu sanguinis ⁊c. Mota ꝙ dñs suscitatur⁹ filiā archisynagogi in cundo sanat emoroissam: vt fidē faciat iairo de filia sua suscitanda: sicut gabrihel annūciaturus virginē paritura ꝛ nūciauit helisabet sterilem cōceptura ⁊ paritura: vt partus sterilis esset argumentū partus virginis. De hac muliere dicit Eusebius in ecclastica historia lib. vij. ꝙ postea ꝑ sanata est/fecit statuas ad imaginē christi in curia sua: ꝙ vestē habebat ⁊ in veste simbrias isculptas vt viderat christū habere: ⁊ hanc habebat i magna reuerētia. Contigit aūt ꝙ herbe sub illa statua crescentes ꝙ ante nullius virtutis erant: cū ad simbrias statue attingerent: tā tēptutis erāt: vt multi infirmi inde sanarē tur. Ambrosi⁹ videt velle ꝙ ista mulier fuit martha sozor marie. Unde dicit in tractatu de salomone. Christus largum sanguinis fluxū siccauit in martha: ⁊ demones expulit de maria.

Matth̄ .9.c. Marci.5.c.

Ar.tillo 5.dis.c.ad ei⁹ De pēi dis. 3.c.inter hec hircum.1.

a cōprimebat: Et mulier que b dā erat i fluxu sanguinis ābc annis duodecim: quē in medicos erogauerat omnē substantiā suā: nec ab⁊ vllo potuit curari: accessit retro ⁊ tetigit fimbriā vestimēti ei⁹: d ⁊ cōfestim stetit fluxus sanguis ei⁹. Et āit iesus: Quis e est q̄ me tetigit: Negātib⁹ autē oīb⁹ dixit pet⁹ ⁊ q̄ cū illo erāt: Pręceptor turbę te cōprimūt ⁊ affligūt/⁊ dicis: Quis me tetigit: Et dixit iesus: Tetigit me āliq̄s: Nām et ego nouī virtutem de me exijsse. Videns aūt mulier q̄ nō latuit: trēmēs venit ⁊ procidit ad pedes ei⁹: et ob quā causam tetigerit eū/ indicauit cōram omni populo: et quēadmodum cōfestim sanata sit. At ipē dixit illi: Filia/fides tua te saluā fecit: Uade in pace.

Matth̄ .9.c. Marci.5.c.

aMoraliter

aMoraliter. Mulier emoroissa est manifest⁹ peccator. Puella in domo mortua/est occultus peccator. Sanguis in corpore/est peccatū in corde: Sanguinis fluxus/est peccati act⁹. Thren.j.g. Fortis interficit gladius ⁊ domi mors similis est. Esa.lix.b. Pedes eor ad mala currūt ⁊ festināt vt effundant sanguinez. Quid est ergo ꝙ ꝑus sanat emoroissa in publico: ꝙ puella mortua in domo: nisi ꝙ ꝑpe facilius curant pctōres aperti ꝙ occulti. Unde Prouerb.xxviij.b. Qui abscondit scelera sua/nō dirigēt: ꝙ aūt cōfitet⁹ et dereliquit ea: miserebit⁹ ei⁹. Ecclesiastici.iij.d. Benedictio ꝑris in habitatione filiorum firmabit⁹. Ysa.xlvij.a. Denuda turpitudinē ⁊c. Bicheę.iij.d. Benedictio ꝑris in babylonem: ⁊ ibi liberaberis. Pś.82. Pś. Impleas facies eor ignominia. Dicit ergo: a ¶Mulier quedā erat in fluxu sanguinis: id est peccator⁹ aliās in peccato manifesto. b ¶Ab annis duodecim: id est lōgo tēpore. Ecce duo. s. peccati manifestatio: ⁊ peccādi ꝑsuetudo: quor vtrūq; peccatū aggrauat: ⁊ tñ qz peccatū manifestū est/citius curat. Esa.j.e. Si fuerint peccata vestra vt coccinū: q̄si nix dealbabunt: id est si fuerint manifesta/cito sanabunt. Ut/ duodecim annis: qz talis peccat ꝑtra decalogū legis moysi ⁊ cōtra legē naturę ⁊ cōtra legē euāgelij. Esa.xxiij.a. Trāsgressi sūt leges: mutauerūt ius: dissipauerūt fędus sempiternū. c ¶Que i medicos ⁊c. Beda. Medicos dicit/ siue falsos theologos/siue pħos/legūq; seculariū doctores: q̄ multa de fructibus ꝓmittunt: sed nullum animabus remediū cōferunt. In hos medicos omnē substantiā suā expendit: q̄ vires naturalis ingenij in studio pħoꝝ ⁊ legū seculariū cōsumit. Quib⁹ dicit/ Esa.lv.a. Quare appenditis argentū vestrū nō in panibus ⁊c. Hiere.xxij.f. Omnes pastores tuos pascit vētus: id est vanitas pħoꝝ seu loquacitas legū. Osee.xij.a. Ephraim pascit ventū.

f.15.c. Hi significant ꝙ filiū iuniōrē: q̄ omnē substantiā suā cōsūpsit cū meretricibus: id est pħis ⁊ legibus: viuēdo luxuriose/cupiens implere vētrē suū de siliquis porcoū. Prouerb.x.a. Qui nititr mendacijs/hic pascit vētos: idē sequit aues volātes: id est volatiles ⁊ vanas rationes. d ¶Nec ab vllo potuit curari: qz nec pħi nec leges peccata curāt/sed aggrauant. Unde Marcus dicit. v.c. Deterius se habebat. e ¶Accessit retro. i. ꝓsiderauit vitā ꝑteritā quā expēderat in peccatis ⁊ i vanis/⁊ erubescēs resiliit a peccato. Hiere.ij.c. Uide vias tuas in cōualle scito q̄d feceris ⁊c. f ¶Et tetigit fimbriā vestimēti ejus. Uestimētū christi/est caro ei⁹. Esa.lxij.a. Quis est iste q̄ venit de edom. i. de mūdo tinctis vestib⁹. Bło.i. mēbris corporeis sanguīe tinctis in cruce. Fimbria q̄ est finis vestimēti/est passio christi. Tāgere q̄ fimbriā vestimēti christi/ē credere ⁊ imitari passionē christi: ⁊ ex hoc tactu est oīm⁹ peccati curatio. Tach̄. viij. d. In diebus illis appħendēt decē homines fimbriā viri iudei/dicētes: eamus vobiscū: audiuim⁹ enim q̄m deus vobiscū est. Numeri. xv. d. Ut faciāt sibi fimbrias per angulos ꝓtuor pallioꝝ ponētes in eis vittas. Ite vestimētū dñi/est charitas ꝓfecta: Fimbria vestimēti/est aliq̄s mādatorū. Tāgere q̄ fimbriā vestimēti dñi est aliq̄s mādatoꝝ etiā minimū adiplere. Et ꝫ etiā narrat Matth̄. v.c. Qui fecerit vnū de mādatis istis minimis ⁊ docuerit: hic magn⁹ vocabit⁹ regno celoꝝ. Uñ ⁊ hic sequit: g ¶Et confestim stetit fluxus sanguinis ei⁹. i. cessauit pctm. Est aūt duplex fluxus sanguinis. Un⁹ mēstrualis: ꝙ significat pctm ex ifirmitate: de q̄ Leuit. xv.c. Mulier q̄ redeūte mēse patit fluxū sāguinis/ sepтē diebus sepabit: et imūda erit vsq; ad vesperū. Alius est ꝓtinuus q̄ quez significat peccatū ex certa malicia. De quo Leuit. xv.d. Mulier q̄ sāguīe fluere nō cessat/q̄ diu huic passioī subiacebit/ imūda erit. Hiere.ü.e. Oēs q̄ grūt eā i mēstruis luenter. Sequit: h ¶Et ait iesus: quis eā me tetigit ⁊ Mō grit dñs q̄s eum tetigerit/eo vt ipsum aliq̄d lateat/sed vt ad ei⁹ iterrogationē mulier ipa se cōfiteat tetigisse: vt quāta sit ei⁹ fides cuidēt⁹ appareat. i ¶Negātib⁹ aūt oīb⁹. i. oibus dicētib⁹ se nō tetigisse eū. k ¶Dixit petr⁹ ⁊ q̄ cū illo erāt: Pręceptor turbę te cōprimūt ⁊ affligūt: q̄si multi sūt q̄ tetigerit Et dicis q̄s me tetigit. Hoc licet petr⁹ nō itelligat mysteriū/ꝑba tñ ei⁹ ꝓgruūt mysterio. Nā turbę q̄ nō tāgūt sed cōprimūt/sūt hereticī/turbarū noīe merito designati: qz iūe mēti ce citante turbati/q̄ hereslē ⁊ scādalis dñm cōprimūt: nō vnitatē ecclię scindūt. Catholici tāgūt/nō cōprimūt: qz nō eor vita gravat sicut vita infideliū. Hereticī ē q̄ cōprimūt tangētes malo tactu/nō tāgūt bono tactu: sicut videtes. i. q̄ vident videre/nō videt: ⁊ audiētes/nō audiūt: vt ꝺr Esa.vj.c. Uñ marię ꝺr Joh. xx.d. Noli me tāgere tactu corporali: q̄ etiā indigna es: qz nō tāgis me tactu spūali. i. tactu fidei: nōdū em ascēdi ad patrē meū supple i corde tuo. l ¶Et dixit iesus: tetigit me aliās: nā ego nouī ꝟtutē de me exijsse. i. effectum ꝟtutis. s. sanationē. Hęc ꝟtus recte ꝺr a christo exijsse/nō ex illa: qz ex sola misericordia sua sanat dñs infirmitates nostras nō ex meritis nostris. Uñ Titū. iij. b. Nō ex opib⁹ iusticię q̄ fecim⁹ nos ⁊c. Uel sic: m ¶Aliās me tetigit: q̄si de tactu corporis nō gro/sed de tactu fidei. Nā ⁊c. Simile Joh. xj. b. Lazar⁹ amicus noster dormit/sed vado vt a somno excitē eū. Dixerunt ē ei discipuli ei⁹: dñe si dormit/saluus erit. Dixerat aūt iesus de morte eius: illi aūt putauerūt ꝙ de dormitione somni diceret. n ¶Nā ego. Uere tetigit me aliās tactu fidei. Nā ego/ ad tactū quendā spūalē: o ¶Nouī virtutē/supple spūliāneti. p ¶De me exijsse. i. miraculosam opationē factā ꝑ spiritū sanctū: quasi ad tactū mulieris spiritualē nouī me operatū esse in spiritu aię sanationē: quia iam sanata est interius ꝑ fidem ⁊ corporalē a fluxu sanguinis. q ¶Uidēs aūt mulier: quia nō latuit/eū. Sed quomodo vidit hoc mulier: Respōdeo: qz respexit eaz iesus ⁊ dixit ei: Cōfide filia: fides tua te saluam fecit: sicut dicit Matth̄. ix. c. r ¶Trēmēs venit et ꝓcidit añ pedes ei⁹. Ex verecūdia ⁊ reuerētia timuit: ex fide venit: ex humilitate ꝓcidit. s ¶Et ob quā causam tetigerit eū/indicauit cōrā oīm populo: id est mozbuz coram oībus ꝓpalauit. Et ita quattuor notant q̄ requirunt in vere pnitēte. s. timor/fides/humilitas/cōfessio. Timor peccatū fugat: fides cor purificat: humilitas deo reconciliat: cōfessio deū glorificat. De primo Eccl. j. c. Timor dñi expellit peccatū. De secūdo/ Act̄. xv. b. Fide purificās corda. De tertio/ Jaco. iiij. b. Deus humilib⁹ dat gratiā. De quarto Josue. vij. c. Fili da gliam dño deo: ⁊ cōfitere atq; indica mihi q̄d fecer/. t ¶Cōrā oī pplo. Chryś. Cur nō ꝓmisit eā latere: Me videret gliari: ꝓpt q̄nq;. Primo soluit timoꝛ: ne furti se arguat. Secō ꝓmedat fidē. Tertio publicat fidē ei⁹ alter⁹. Si latenē recessisset his laudib⁹ caruisset. Quarto oñdit se scire oīa. Quinto ꝓfortat archisynagogum: ibi ⁊ mozem captat: sicut Joh. xj. v ¶Et quēadmodū ⁊c. Sz quō scuit b mulier eā cito/cuz hmōi mozb⁹ aliq̄n cesset ad tps: Rndeo q̄ sensit se roboratā ⁊ leuē/sic nūq̄ fuisset ifirma: q̄ nō potuit facere cessatio ꝑsit: vl etiā curatio naturaliter/sz tñ miraculosa siue gratuita. x ¶At ipe dixit illi: filia. Bed. ꝙ fidē. y ¶Fides tua ⁊c. Chryś. Fides filiā fecit. z ¶Uade i pace. Idē dixit. j. vij. g. magda/

Quare nō ꝓmisit dñs mulierē emoroissam post cuationē latere

¶ F lenę sanatę.



A F lenę sanatę. Ille Joh. viij. b. Uade ⁊ iā amplius noli peccare. a ¶Adhuc illo loquēte/ venit quidā/de domo iairi ad ipsum qui erat cum dño. b ¶Principē synagoge/dicēs ei: quia mortua est filia tua noli vexare illum. Mystice. Iste nuncius significat omnes illos qui credūt iudęos a deo destituros vt recuperari nō possint: Ideo dicunt nō esse orandū ꝓ illis: ideo dicit: Noli vexare illum. Sed quę impossibilia sunt apud hoīes/possibilia sunt apud deū. Bar. xiij. d. j. xviij. c. Sic multi putant vexare dominum frequēter orando: ⁊ vel parū vel nūq̄ orant: Deus vero orationibus non fatigatur sed pctis. Esa. xlij. d. Seruire me fecisti in peccatis tuis: ꝓbuisti mihi laborez in iniquitatibus tuis.

Mystice

a Adhūc illo loquente/venit b quidā ad ꝓncipēm synagoge/dicēs ei: quia mortua est filia tua: noli vexare illum. c Jēsus aūtē audito hoc verbo respondit patri puellę: Noli timere: crede tñ/et salua erit. Et cūm venisset ad domum/ nō permisit intrare secum quēq̄/ nisi petrum et iacobum et iohannē/⁊ pātrē

c ¶Jesus aūt audito hoc verbo/rospondit patri puellę: Noli timere timore diffidētię: sed/crede tñ et salua erit. d ¶Et cum venisset ad domū non permisit intrare secum quēq̄ nisi petrum ⁊ iacobū ⁊ iohannē. Hos tres similiter tñ elegit dominꝰ interesse suę transfigurationi: Matth̄. xvij. a. Et oratiōi: Matth̄. xxvj. d. Et hic puellę suscitatiōi. Quare hoc: Respōdeo: Primo ꝓpter eminentiā quā habebāt. Hęc ratio est Chryś. Unde et Hieronym⁹ dicit. In tribus vocatis ostendit ꝑuilegiū dignitatis eorū. Secūdo: vt tribus idonei testibus/mundus credat. Item ꝓpter fidē trinitatis. Hec est ratio Bedę. Tertio qz per hos tres significant oēs status electorū. Per petrum clerici: per iacobum laici: per iohannem religiosi. Uel significant per petrum incipiētes: per iacobum proficiētes: per iohannē perfecti. Uel sicut dicūt alii: per petrum qui habuit vxor/ significatur cōiugati: per iacobum cōtinentes: per iohannē virgines. e ¶Et patrē et matrē puellę. Ambro. Ex paucos arbitros resurrectiōis puellę accipit/significat ꝙ a paucis ꝓtinuo credita est resurrectio eius:

Mystice

id est puellę vel christi. Mystice/autem quinq; personę quę interfuerūt suscitationi puellę: scz petrus/iacobus/iohannes/ mater/et pater puellę: significāt quinq; quę ꝓcurrunt in iustificatione peccatoris. Petrus fidem: iacobus spem: iohannes charitatē: pater sacerdotē: mater ecclesiam. Uel per petrum significat peccati cognitio: per iacobum corditis contritio: per iohannē gratię infusio: per patrem satisfactio: per matrē confessio. Per puellam vero mortuā recte significat peccator. Et hoc quinq; rationibus. Primo: quia a deo qui est vita separatur. Esa. lix. a. Iniquitates vestrę diuiserūt inter vos ⁊ deū vestrum. Osee. vij. d. Uę eis quia recesserūt a me. Secūdo: quia nō sentit flagella domini. Prouer. xxiij. d. Traxerūt me ⁊ non sensi: verberauerūt me ⁊ nō dolui: Tertio: quia fetet per insaniam. Job. xj. c. Ascēdet fetor eius ⁊ ascēdet putredo eius: qz superbe egit: Job. xj. c. Domie iam fetet: quatriduanus enim est in monumēto: id est ꝟtuos habēs peccata: scz cordis: oris operis: cōsuetudinis. Quarta ratio est: qz vermibus cōsciētię roditur. j. Machab. ij. g. Gloria peccatoris sterc⁹ et vermis. Hiere. ü. d. Arguet te malicia tua. Sap̄. xvij. c. Cum sit timida nequitia/data est in omnia condemnationē. Quinta ratio est: quia sepelit per contemptū aut desperationē. Thren. iij. f. Lapsa est in lacum anima mea/⁊ posuerunt lapidē super me. Prouer. xviij. a. Peccator cū venerit in profundū peccatoꝝ/ contemnit. f ¶Flebant aūtē omnes ⁊ plangebāt illā. Dominus cū paucis arbitris intrauit domū archisynagogi. Erant aūt ibi plurimi flentes ⁊ plangentes sup puellā defunctam: quos eliminauit: qz indigni erant videre miraculū/ cum potius deriderēt ꝙ crederēt. Matth̄. ix. c. Siecit tibicines ⁊c. Inuenit enim dñs tibicines iuxta mozē terrę lamentabile carmen cantātes: quia iudęi in funeribus ꝓpinquoꝝ multā adhibebant diligentiā ⁊ faciebāt magnas expensas/ita ꝙ vt tradit Iosephus/ multi depauperati sunt ꝓ expensis funerū. Sed omnē turbam exclusit dñs retinens tñ secum ꝙ dictos quinq;. Eccl. xxij. a. Supra mortuū plora: defecit enim lux eius: et super fatuū ploza/defecit enim sensu. g ¶At ille dixit: Nolite flere. i. Thessal. iiij. d. Non ꝓtristemini sicut ⁊ ceteri qui spem nō habēt. b ¶Nō est mortua puella/ supple mihi: i ¶Sed dormit: mihi id est eque facile possum eam a morte suscitare q̄si a somno. Beda. Mortua quidē erat hominibus qui suscitare nō possunt: nō deo/cui anima viuit ⁊ caro suscitāda quiescit. Dormit. Chryś. Portꝰ trāquillus est mors plena em malis est ꝙ ens vita. Pś. Cōuertere anima mea in requiē tuam: qz dominus bñfecit tibi. De beneficiū vocat/et tuguges: Joh. xj. b. Lazarus amicus noster dormit ⁊c. k ¶Et deridebāt eū. Tanquam subdit quare dominus excluserit eos. l ¶Scientes quia mortua cēt. Moraliter: Sic mali dederident bonos: ⁊ diuites huius mūdi pauperes huius mundi. Job. xij. a. Deridetur iusti simplicitas lampas cōtępta apud cogitatiōes diuitū. Hiere. xx. b. Factus sum in derisum tota die: omnes subsannāt me. Et tamē licet dñs derideret/ nō tamen desistit a bono ꝓposito: sic boni cum deridenť a malis nō debent desistere a bono ꝓposito vel bene incepto: qz per hoc eorum meritū duplicat. Aug⁹ in libro Prosperi. Omnes qui in christo volunt pie viuere/necesse est vt ab impijs ⁊ dissimilibus patiant opprobria ꝙ despiciant tanquā stulti et insani/ qui ꝑsentia bona pdāt ⁊ inuisibilia ac futura perquirāt. Sed hęc despectio ⁊ irrisio in ipsos impios retorquebit: cuz ⁊ abundantia eorū in egestatē ⁊ superbia transierit in confusionē. Prouer. xix. d. Parata sunt derisoribus iudicia: ⁊ mallei percutientes stultoꝝ corporibus. m ¶Ipse autē tenens manum eius: id est puellę. n ¶Clamauit dicēs: Puella surge. Quare clamauit/ maxime cum sit scriptū de illo Esa. xlij. a. Nō clamabit nec̄ accipiet ꝙsonā ⁊c. Respōdeo. Ideo clamauit vt ostēderet se ꝓpria virtute mortuā suscitare/ non occulto maleficio. Similiter clamauit Joh. xj. f. in lacari suscitatione. Significat enim in clamore miraculi magnitudo. Qz autē dicit Esaias: Non clamabit: intelligit de clamore cōtentioso. o ¶Puella surge. Marcē. v. d. dicit: Tabita cumi: qđ interpretat puella surge. Quod autē ab euangelista interponit: Idi dico: forte nō est de verbis dñi. p ¶Et reuersus est spiritꝰ eius/⁊ surrexit cōtinuo: et iussit illi dare māducare: vt hoc esset indicium vere suscitationis: Nā plerię magicis artibus suscitāt mortuos/ponēdo quasdā chara cteres sub ascellis: id est scribēdo quasdā litteras/⁊ faciūt ambulare ⁊ ꝓfabulari: sed nō possunt facere vt manducēt. Iussit ergo illi dare māducare: vt dicit Ambro. ad testimoniū vitę: vt nō phātasma sed veritas crederēt. Mystice: m ¶Ipse aūt tenēs manū. Nota ꝙ nisi dñs teneat manū synagoge ipa nō potest a morte resurgere: qz manus iudęoꝝ plenę sunt sanguine. Ipsi em dixerūt: Sāguis eius sup nos et sup filios nostros. i. pęna sanguinis christi redūdat in filios eoꝝ. Moraliter: Merito tenet manū suscitādo: qz ꝑpter opa manuū suarū cōprehensus est peccatoꝝ. Esa. j. d. Manus vestrę sanguine plenę sunt. i. peccato. Sed tangit dñs manū: id est mundat opa/⁊ ita suscitat peccatorē. Pś. Tenuisti manū dexteraz meā ⁊c. Pś. Emitte manū tuaz de alto ⁊c. Marcē. v. c. Bñe veni ⁊ ipone manū sup eā vt sana sit ⁊ viuat. q ¶Et iussit illi dare māducare. Nota reuertētes ad christum fide iustitiā bonis operib⁹ ambulant: celesti pane satiant. Primū est surgere. i. pctā dimittere: terrena despicere: celestia desiderare. Hęc tria importat ꝑbū surgēdi. Eph. v. d. Surge q̄ dormis ⁊ exurge a mortuis. Secūdo est ambulare: bonis opib⁹ insudare. Bar. ij. a. Surge ⁊ ambula. Tertiū est māducare panē doctrinę: panē eucharistię: panē glię. Primꝰ panis reficit intellectū. Eccl. xv. a. Cibauit illū pane vitę ⁊ intellectꝰ. Secūdus pascit affectū. Pś. Panis cor hoīs ꝓfirmet. Ben̄. iij. d. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: id est in deuotione mentis tuę. Tertius viuificat: imo beatificat vtrūq; i. intellectum ⁊ affectū. j. xiij. d. Beatus qui manducabit panē illum. Di sunt tres panes quos petit amicus ab amico. i. vir iustus a christo. j. ij. a. Amice accōmoda mihi tres panes. Sequit:

¶ Et stupuerūt:

Universidad de Deusto
Biblioteca



a ¶ Et stupuerūt: stupore admiratiōis. b ¶ Parentes ei⁹: ꝙb⁹ ꝓcepit ne alicui dicerēt ꝙ factū erat. Propt duo. i. ꝓpter mysteriū ⁊ exēplū. Propter mysteriū: q⁹ secreta culpa secreta indiget pnitētia. Eccl. vij. d. De negligētia tua purga te cū pauc⁹. Et publica culpa/publica indiget pniten-tia. j. Timoth. v. d. Peccātē co: am oīb⁹ argue ⁊c. Itē ꝓpt exēplū: vt in magnis factis doceat fugere gloriam. Eccl. iij. c. Mōceles gloriam ⁊c.

## Expo. La. IX.

Mr. non hz Iesus

c Onuocatꝫ autē ihesus ⁊c. Bonum capitulū ꝙ diuidit i decem ptes. In ꝓma mittunt duodecim apl̄i in ꝑdicatione⁊. In secūda ponit falsa opinio herodis ō iesu/ibi: Audiuit aūt. In tertia ponit mi-raculū de ꝙnq; panib⁹ ⁊ duob⁹ piscib⁹ ꝙb⁹ maxima turbā sati auit/ibi: Et assūpt⁊ illis. In ꝙrta ꝗrit Iesus ꝙd de ipo sentri-ant hoies/⁊ cria ipi apl̄i/ibi: Et factū ē cū solus esset. In ꝙnta inuitat apl̄os ad sui imitationē/ibi: Dicebat autē ad oēs. In sexta ponit trāsfiguratio iesu/ibi: Factū ē aūt post hec. In septima sanat a dēmone puer quē nō potuerāt sanare apl̄i/ibi: Factū est aūt in sequēti die. In octaua ꝑdicit dīs apl̄os passionē suā/ibi: Ponite vos in cordib⁹ vr̄is. In nona ꝓhibet discipuli dēmones cūcere nō sequentē eos: ⁊ petūr vindicari in illos ꝙ nō receperūt eos: ⁊ sup vtrocꝫ incre-pant a dīo/ibi: Rndēs aūt. In decima repellit ꝙdā ne seq̄-tur: aliter inuitat vt sequat/ibi: Factū ē aūt ambulātib⁹. Dicit ḡ: c ¶ Cōuocatis. Sz occurrit duplex ḡstio. Prima cū sint tres vocatiōes apl̄oꝝ: Una. i. in cognitionē: de q̄ Joh. j. f. Secūda in familiaritatē: de q̄. ē. v. b. Tertia i discipulatū: de q̄ Matth. iiij. d. Marc. j. b. ē. vj. c. Querit⁊ de q̄ vocatiōe hic dicat. Secūda ḡstio est: ⁊re duodecim tm vocauit. Respō deo ad ꝓmā ḡstionē/dicēs/q⁹ nō loquit hic ducas de aliq; triū vocationū: sed de q̄dā ꝓuata q̄ vocauit eos ad se ⁊ vt mitteret i ꝑdicationē/data ptāte ꝑdicādi/⁊ miracula faciēdi ac dēmōes expellēdi. Ad secūdā dicit⁊/q⁹ dīs septuagintaduos discipu los habuit/q̄s misit i mūdū ꝑdicare regnū dei: vt ꝛ. j. a. Et ꝗter hos habuit duodecim q̄s apl̄os nōiauit: vt ꝛ. vj. c. Se ptuagintaduos aūt discipulos misit: q⁹ tot erāt linguaꝝ gene ra. Duodecim aūt apl̄os elegit duplici rōne. Prima est: quia duodenarⁿ cōstat ex ternario ⁊ qternario: dīs ꝙ hūc numerū ostēdit: q⁹ ipsos apl̄os erat vocatur⁹ ad fidē trinitat⁊ hoies de ꝙtuor ꝙtib⁹ orbis. Secūda rō est: q⁹ duodenarⁿ cōstat ex duplicato senario. Senarⁱ⁹ aūt est ꝓfect⁹ numer⁹. Dīs ꝙ duo decim duplex ꝓfecto designat: vitę. s. ⁊ scīe ꝙtis: siue opis ⁊ ser monis/q̄ in ipis fuit: ⁊ reḡit in ot̄ ꝑlato ⁊ ꝑdicatore q̄ eoꝝ vi cē ⁊ officiuꝫ gerūt. Vl aūt duodecim ꝓpriꝰ noīb⁹ nomīauit: Matth. x. a. duplici rōne/vt dic⁹ Hiero⁹. Primo vt post hos/ q̄ pseudo futuri erāt/excluderent. Secūdo vt rē nota coꝝ q̄ si bi credētiū in libro vitę scpta esse ostēderent. Dīs. j. x. d. dicit: Gaudete q⁹ noīa vr̄a scpta sūt in libro vitę. Dicit ḡ: Conuo catis aūt. i. simul vocatis ad se/⁊ ad vnū officiū piter exercē dū. Vel/Cōuocatis. i. sil interi⁹ ⁊ exteri⁹ vocat⁊. d ¶ Je sus. Dic notāt iesus/nō magist⁹/nō dīs: q⁹ nō ad docendū ꝓncipaliter/neq; ad dominādū/sz ad saluādū corpa ⁊ aīas mi sit apl̄os. e ¶ Duodecim apl̄os dedit illis ⁊ potē-statē sup oīa dēmonia. In q̄ differūt ꝗtus ⁊ ptās: ⁊ Re-spōdeo. Virt⁹ est in miraculis faciēdis: potestas in dēmōib⁹ ejciēdis. Itē ꝗt⁹ ad sustinēdū grauia: ptās ad faciēdū ardua. f ¶ Et vt lāguores curarēt. i. lōgos ⁊ iueteratos morbos: q̄s nec poterāt physici sanare. Chryſ. Telut q̄dā pulsos mol les ad volādū adducit. Primū iterim medicos corpoꝝ facit: postea cōmittēs eis animę directionē. g ¶ Et misit illos. Chryſ. Nō ab initio misit illos: sed postq̄ viderāt paralyticos curatos ⁊ mortuos suscitatos. h ¶ Prędicare regnū dei: id est euāgeliū q̄ docet regnare hic ⁊ ire ad regnū dei. Mat thei. xxj. d. Auferēt a vobis regnū dei. Vel/Regnū dei. i. vitā beatā. Et est cōgruus ordo. Primo em̄ oportuit eis dari virtutē. i. ptātē faciēdi miracula/ejciēdi dēmones/curādi lan guores: vt exhibitio miraculoꝝ attestaret magnitudꝰ ꝓmis soꝝ. Vñ Hiero⁹. Quia hoīb⁹ rusticanis ⁊ ablꝫ eloquij venu state pollicētib⁹ regnū cęloꝝ nemo crederet/dat eis ptātē mi racula faciēdi. Aug⁹. Ut fidē daret ꝑdis ꝗ⁹ ostēsis/⁊ nous fa cerēt q̄ noua ꝑdicarēt. Eccl. xxxvj. a. Innoua signa ⁊ inuta mi rabilia. Et nota q⁹ ꝗ⁹ regnū dei ecclia militans/Matth. xiij. f. Sile est regnū cęloꝝ sagenę misse ī mari. Itē eccl̄a triūphās. Matth. xiij. f. Sile ē regnū cęloꝝ thesauro absc̄odito in agro. Itē gra. j. xvj. c. Regnū dei intra vos est. Itē vita brā. Joh. iij. a. Misi q̄s renat⁹ fuerit denuo/nō pōt ītrare regnū dei. Itē sacra scptura. Matth. xxj. d. Auferet a vob regnū dei. De ālibet regno pōt ꝫ itelligi. k ¶ Et sanare ifirmos. Differt i firmitas ⁊ languoꝝ. Ifirmitas ē morb⁹ inueterā tus: Vñ ꝗ⁹ q̄si long⁹ an goꝝ. Eccl. x. d. Languoꝝ p lixio: grauat medicum.

i Et mittit illos ꝑdicare rē-gnū dei: et sanare ifirmos.

Mozaliter Matth. x. a Marci. 6. b.

j Et ait ad c ¶ Cōuocatis aūt ⁊c. Mozaliter. Per duodecim apl̄os signifi cant filatia ⁊ ꝑdicatores

B

6

a Et stupuerūt pārētes ei⁹: q̄ bus ꝓcepit ne alicui dicerēt ꝙ factū erat. Ca. IX

b Et vocatis duodecim apl̄is: dedit illis virtutē et potestatem super oīa dēmonia: et vt languores curarent.

c Onuocatis aūt ihesus duodecim apl̄is: de

atq; doctores q̄ debēt ee duodecim. i. pfecti vita ⁊ scientia: q⁹ significāt coznua mitre ep̄alis. j. Reg. x. d. Secrit saul in me dio ppli: ⁊ altior fuit vniuerso pplo ab humero ⁊ sursū. Et ait samuel ad oēm pplm: Ecce videt⁊ quē elegit dīs q⁹ nō sit ei si milis in oī pplo. Grego⁹. Tāti debet distare a plebe vita ꝑsu lis quāti differt a grege vita pastor. Esa. xl. b. Sup mōte ex celsū ⁊c. In hui⁹ rei figurā pār duodecim p̄larchaꝝ duplici noīe. i. Iacob ⁊ isr̄l appellabat: Gen. xxxij. f. Et ꝓceps apl̄oꝝ siliter duplici noīe appellat: simō ⁊ petr⁹: In altero vita: in al tero sciētia cōmēdatur. Vlta ꝺo ꝓcedere debet. Vñ Eccl. j. d. Fili ꝓcipiēs sapiētiā ꝑua iustificā. Aug⁹ in lib. Prosp. Ta lis ē sine ope itelligēria: talis ē sine timore sapia/cū scptum sit: Initiū sapię timor dñi. Pi debēt ee ꝓuocati. i. piter ⁊ ꝓcedē ad officiū filatiōis aut ꝑdicatiōis siue magisterij vocati: nō in truſi violēter/aut scipos igerētes ipudēter. Heb. v. a. Nemo assumit sibi honorē ⁊c. Pō. Qui vocat nubes ab extremo ter rę. Amos. v. c. Quivocat aq̄s maris ⁊ effudit eas sup faciē trę/ dīs nomē est eius. Ro. viij. f. Quos ꝑdestinauit ⁊c. Dicit ḡ: c ¶ Cōuocat⁊ aūt. i. ꝓcedit ⁊ ad vnū vocat⁊. d ¶ Jesus duodecim apl̄os/dedit illis ꝫtutē ⁊ ptātē sup oīa dē monia/ejciēda ⁊ coercēda. Sūt aūt tria dēmōia q̄ debēt eij cere filati ⁊ ꝑdicatores atq; doctores. Primo a se: postea ab aliis. Primū ē dēmoniū ſcupi: Mat. viij. d. Secūdū dēmoniū im mūdi: Marc. j. c. Tertiū dēmoniū murū. j. xj. b. Primus ſi gnificat ſupbiā q̄ ē ſęua nimis: q⁹ oēs vult ſb ſe cōmere ⁊ oī bus impare. Hoc dēmoniū ejcit ꝑ mānſuetudinē ⁊ hūilitatez. Vñ Matth. xj. d. Discite a me q⁹ mit⁊ sū ⁊ hūilis corde. Secū dū significat luxuriā: q̄ imūda ē nimis ⁊ hoiez facit imūdū: iu xta illud Jobel. j. d. Cōputruerūt iumēta in stercore suo. Hoc dēmoniū ejcit carnis afflictio. i. ieiunium/oꝛo/vigilię ⁊ hmōi. Eccl. xxxj. a. Vigilia honestat⁊ tabefaciet carnes. Marc. ix. c. Hoc genⁿ in nullo pōt exire nisi i oꝛone ⁊ ieiunio. Tertiuꝫ dē monū significat auariciā: q̄ reddit hoiez mutū. Vñ Eccl. xx. d. Erenia ⁊ dona excęcāt oculos iudicū: ⁊ q̄si mut⁹ in oze quertit correctiōes coꝝ. Hoc dēmoniū ejcit pauptas: q̄ oīa q̄ mūdi ſūt abiicit: iuxta documētū Joh. i ꝓma Canon. ca. ij. c. Nolī te diligere mūdū neq; ea q̄ ī mūdo sūt. Jgit⁊ filat⁹ /ꝑdicator et doctor ſpm̄ ſuū hūilias/carnē affligēs/mūdū ꝺrēnēs: ptātē ha bet sup oīa dēmōia. Et hāc ptātē offert noꝛ Hiere. Thren. iij. c. vbi dic⁊ ī ꝑsona dīi: Recordare pauptat⁊ ⁊ trāsgressiōis meę absinthij ⁊ fellis. q. d. accipe ptātē sup oīa dēmōia ejciēda: aut etiā coercēda. Sz hodie nō pōt filari aut ꝑdicatores aut etiam doctores ejcere dēmōia. Quare? Quia ipi dēmonia habēt: sic ꝺr in Pō. Oēs dij gētiū dēmonia. Et nō pōt dēmō ejcere dę monē: sic ꝺr Matth. xij. d. Vñ Act. xix. b. Faciebat de⁹ ſtutes ḡs/liber p manū pauli sup lāguidos: ⁊ recedebāt ab eis lāguo res/⁊ ſpūs nequā egrediebant. Cęptauerūt aūt q̄dā de circite untib⁹ iudeis inuocare sup eos q̄ habebāt ſpūs malos: nomen dīi iesu/dicētes: Adiuro vos ꝑ iesū quē ꝑdicat paul⁹. Rndēs aūt ſpūs nequā/dixit eis: iesū noui/⁊ paulū scio: vos aūt q̄ estis? Et insiliēs hō i eos q̄ habebat dēmoniū pessimū/dñat⁹ eoꝝ/sua luit ꝺ eos: ita vt nudi ⁊ vulnerati effugerēt. Scīt: f ¶ Et vt lāguores curarēt. i. illos q̄ diu fuerāt ī pctis. Eccl. x. b. Lā guoꝛ plixio: grauat medicū: ꝺeuē lāguorem ꝓcidit medicus. g ¶ Et misit illos ꝑdicare: alię nō debēt ire. Ro. x. c. Quō ꝑdicabūt nisi mittant⁊? Hiere. xxiij. d. Ipi currebāt ⁊ ego non mittebā eos. i ¶ Regnū dei: nō regnū mūdi: q⁹ ꝑdicāt am bitiosi: etsi nō ꝺbo: tm̄ facto. Joh. xviij. g. Regnū meū nō est ō ḥ mūdo. k ¶ Et sanare ifirmos: in aīa/nō carne. Frequē ter em̄ ifirmitas carnis vtilis ē ad sanitatē aię recipiēdā. Joh. xj. a. Dīe quē amas infirmat⁊: Dixit aūt⁊ iesus eis: Infirmitas hęc nō ē ad mortē/sz ꝓ gl̄ia dei. Eccl. xxxj. a. Infirmitas grauis

✳ sobriā facit aīam Et ait



A

a ¶ Et ait ad illos: Nihil tuleritis ī via: neq; virgā ⁊c. Chryſ. Cur ꝺ ꝓcepit? Propt̄ tria: Ne sint suspecti q̄si ambi tiosi. Ne sint solliciti q̄si pusillanimes: Nihil em̄ ita facit gau dere vt a sollicitudine erutū ee. Et ꝺ⁹ mittet⁊ eminent. Vñ. j. xxij. d. Quādo misi vos sine sacculo ⁊ sine pera: numq̄d defuit vobis? c ¶ Neq; virgā. Idem dicitur Mat. x. b. Sz Mar ci. vj. b. dicit: Nihil tuleritis ī via nisi vir gam. Itē. j. xxij. d. di cit: Qui habet saccu lū tollat ⁊ perā simi liter: Dic aūt vtrūq; prohibet. Solo. Ad ꝓmū dicimus/q⁹ no mine vḡe aliq̄ signi ficatur potestas acci

a Et ait ad illos: Nihil tuleritis ī via: neq; virgā neq; pe rā neq; panē neq; pecuniā: neq; duas tunicas habeat⁊. b Et ī quācunq; dōmū introe ritis ibi manete: ⁊ idē ne ex eatis. Et q̄cunq; nō recepe

piendi necessaria vitę: ⁊ sic accipit in Marco: q⁹ hanc potestā tem dedit dīs discipulis suis q̄n misit illos. Vñ. j. Cor. ix. b. Dīs ordinauit his q̄ euāgeliū annūciant de euāgelio viuere. Et Matth. x. b. Dignus est operarius cibo suo. Hac potestā te poterāt vti vl nō vti discipuli, put eis videbat expedire ad cōmodū animarū. Vñ Aug⁹. Q̄n aliq̄d ꝓcipit a deo ⁊ nō fit/ inobedientię culpa est: cū vero potestas dat/licet nō vti/et q̄si de suo iure credere. Item noie virge accipit aliq̄n sollicitudo vitę siue sollicitudo acq̄rēdi. Itē ꝑfidētia aurilij humani: Sic accipit hic/⁊ in matthęo. Meutrū em̄ habuerūt apl̄i: sez vitę sollicitudinē/vel humani aurilij ꝑfidentiā: imo vtrūq; phibu it dīs hic ꝑ hoc q̄d dixit: Neq; virgā. De ꝓmo ꝺ⁹ Matth. vj. d. Nihil solliciti sitis animę vestrę q̄d manducetis: aut coz pori vestro q̄d induamini. De secūdo Hiere. xvij. a. Maledi ctus homo qui ꝑfidit in homine ⁊c. Esa. xxxj. a. Vę qui descen dunt in egyptū ad auriliū in equis ⁊c. Est ergo sensus: Neq; virgā: Dic si diceret dīs: Precipio vt tollatis virgā. i. pmit to potestatē accipiēdi necessaria: phibeo ne tollatis virgam. i. phibeo sollicitudinē acq̄rēdi/ vel in aurilio humano ꝑfidere. Sic patet solutio ad ꝓmū. Ad secūdum dicit ꝙ duplex fuit

B

Duplex apostoloꝝ missio

missio discipuloꝝ: Una ante dīi mortē: de qua hic agitur/et Matth. x. et Marc. vj. Alia post dīi resurrectionē: de qua agit Matth. vlt⁹. d. et Marc. vlt⁹. d. Tempore ꝓmę missionis erat pax ⁊ nulla ꝓsecutio: imo libēter audiebant discipuli: ⁊ satis inueniebāt necessaria vitę: ⁊ ideo tūc ꝓcepit vt nihil fer rent secū. Tempore aūt secūdę missiōis erat grauis ꝓsecutio cōtra discipulos: ⁊ ideo tunc ꝓmisit ferre secū vitę necessaria. Vñ Beda dicit. Nō eadē viuendi regula ꝓsecutionis qua pa cis tpe discipulos dīs insormauit. Itē ꝑ hoc ꝙ virgā, phibet incitamēta lurgioꝝ et instrumenta amputat vltionū. Roma. xij. d. Nō vosmetipsos defendētes charissimi: sed date locum irę. Dicit ergo: b ¶ Nihil tuleritis in via: neq; virgā/ ad defendendū. Vel sicut dīs expositū est. d ¶ Neq; perā/ ad victū reseruandū. e ¶ Neq; panem: ad manducandū. f ¶ Neq; pecuniā/ad victū ⁊ vestitū emendū. g ¶ Neq; duas tunicas habeatis: Una tpe frigoris: alterā tpe estā tis. Hiero⁹. Hoc nō dicit in scythię frigore vt q̄s vna tunica ꝓtentus esse debeat/sed ꝙ in tunica vestimētū intelligam⁹: ne alio vestiti aliud nobis futuroꝝ timore reseruem⁹. Bed. Sim plex vestimētū est q̄d necessariū est alicui ꝑm ḡitatē loci vel tpis: duplex est q̄d extra necessitatē est. b ¶ Et in quācunq; domū itraueritis/ibi manete ⁊ inde ne exeatis. Glo. Quādiu in illa ciuitate ꝑdicabitis. i. ne cursiteris ꝑ domos et inuiolabilis hospitij iura mutetis ⁊c. Nota ꝙ dicit inuiolabi lis: Antiq̄tus em̄ erat opprobriū mutare hospitiū: Maz si ille qui intrauerat exiret/imputaret⁊ eius crudelitati. Eccl. xxix. d. Ci ta nequā hospitādi de domo ī domū. Vñ dīs ꝓcepit apl̄is vt anteq̄ villas intrarēt ꝑnitterent nunciū qui diligēter ingre ret q̄s hospitiū acciperēt/ vt mutādi hospitij occasionē auferet. Et si forte esset ibi vir religiosus amator hospitalitatis/ei⁹ hospitiū intrarēt. Vñ Matth. x. b. In quācunq; ciuitatē aut castellū intraueritis/interrogate q⁹ in ea dign⁹ sit⁊ ibi mane te. k ¶ Et quicūq; nō receperint vos/ excūtes de ci uitate illa etiā pulueꝛē pedū vestroꝝ excutite in te stimoniū supra illos. i. etiā minima itineris ⁊ laboris quę ꝑ eis sustinuistis exponite in testimoniū maioris dānationis si non receperint vos: vel maioris amoris si receperint. Vel/ Pulueꝛē excutite. i. ab eis qui ꝑdicationē cōtemnunt nihil terrenū recipite. Dupliciter ḡ pōt intelligi q⁹ dictum est: In

testimoniū: sez in testimoniū inutilitatis: vel in testimoniū indignitatis: Ac si dicerent apl̄i: ad vos vsq; fatigati sumus/ ꝑdicauimus ⁊ nihil ꝓfecimus: Excutimus q̄ pulueꝛē qui inu tiliter adhęsit pedibus nostris: vt ipsa excussio sit testimoniū q⁹ laboꝛ noster fuit inutilis: ⁊ hoc testimoniū sit sup vos. Vel in testimoniū idignitat⁊: ac si diceret apl̄i: Nos excutim⁹ pulue rē: vt ipa excussio pul ueris sit ī testimoniū vestrę idignitatis: q⁹ nec pulueꝛē a vob⁹ re tinem⁹: Indigni em̄ estis a q̄b⁹ aliq̄d reci piam⁹. m ¶ Egressi aūt/apl̄i/circūi bāt ꝙ castella euā gelizātes ⁊ curan tes vbiq;. Marci. vj. b. Sz ꝙ ⁊ oleo vngebāt multos egros ⁊ sanabant: q⁹ vnctio infirmoꝝ introducta est ab apl̄is.

rint vos/excūtes de ciuitate illa: etiā pulueꝛē pedū vestroꝝ excutite in testimoniū supra illos. Egressi aūt circūmi bant per castella: euāgeli zantes ⁊ curātes vbiq;. Au diuit aūt herodes tetrarcha

l
m
n
o
p

✳ sobriā facit aīam. a ¶ Et ait ad illos: nihil tuleritis in via. Merito tale mādatū recipiūt q̄ alios ad ꝓtemptū mūdi hortāt. Bed. Tāta ꝑdicatori debet ee fiducia ī deo: vt ꝑsent vitę sumpt⁊ nō ferat. c ¶ Neq; virgā. i. strumēta defensio nis aut impugnatiōis. d ¶ Neq; perā/neq; panē/neq; pecuniā. Tria sunt genera necessariorū quo ad victū. s. cibus ⁊ illud quo cibus emit/⁊ illud vbi custodit. Hęc tria phibet hic. Per panē omnē cibū: per pecuniā omne illud quo emit: per perā illud in quo reponit seu custodit: Et sic oēm sollici tudinē tpalis vitę tollit a ꝑdicatoribus ⁊ filatis. Hiero⁹. Hic arguit dīs philosophos: qui vulgo appellant ꝺtractopolitę: qui ꝓmptores seculi: ⁊ oia ꝓ nihilo ducētes/ cellariū secum vehunt. Tales sunt oēs hypocritę: mundū ꝓmptt verbo ⁊ habitu: sed necessaria vitę oppiose volūt habere. g ¶ Neq; duas tunicas habeatis. i. corꝺis duplicitatem. Eccl. ij. c. Tę duplici corde ⁊ peccatori terrā ingredięti duab⁹ vijs. Jaco. j. b. Vir duplex aīo incōstans est in oibus vijs suis. ē. ij. d. Qui habet duas tunicas ⁊c. h ¶ Et in quācunq; domū intraueritis/ibi manete: si volūt vos recipe. i ¶ Et in de ne exeatis: causa grendi melius hospitiū: ⁊ ꝑdicabitis in illa villa. Hoc dicit ꝓpter ꝑsonā: q̄ curſitabāt de do mo in domū: q⁹ hospes semp in aduētu lautius pcurat. Eccl. xxix. d. Dita nequā hospitādi de domo in domū. l ¶ Pulue rē pedū vestroꝝ excutite. Mystice. Puluis in pedib⁹ ꝑdicatoꝝ est vanagloria in affectib⁹ eoꝝ ex ꝓfectu ꝑdicatiōis/ vel ira ex ꝓtemptu. Puluis vanaglorię excutit ex ꝓsideratiōe sui. Matth. vj. d. Humiliatio tua ī medio tui. Eccl. x. b. Quid suphis terra ⁊ cinis? Puluis irę excutit ex christi ꝓsideratio ne: Nā si ei nō receperūt/nō debet indignari discipulus si nō recipiat. Mat. x. c. Non est discipulus sup magistrū. Scōm Amb. ꝓcipit dīs vt excutiāt pulueꝛē. i. vt nō cōmunicēt pctis aloꝝ. Alibi ꝓcipit vt abolcāt pulueꝛē. i. venialia pcā, primoꝝ cū ait Joh. xiij. b. Et vos debetis alter alterius lauare pedes. Debet em̄ ꝑdicator venialia subditoꝝ abolere: ⁊ ea quasi sua portare/oꝛone/cōpassione. ij. Cor. xj. g. Quis infirmatur ⁊c. m ¶ Egressi aūt/ab amore sui/ab amore parentū/ab amore mūdi. Bed. xij. a. Egredere de terra tua ⁊ de cognatiōe tua et de domo patris tui. n ¶ Circūibāt q⁹ castella: nō tm̄ q⁹ ci uitates. Cant. vij. d. Egrediamur in agrū/ cōmoremur in vil lis. o ¶ Euangelizātes ⁊ curātes vbiq;/ sine ꝑsonarū acceptiōe. Jaco. ij. a. Frēs mei nolite in ꝑsonaꝝ acceptiōe ha bere fidē dīi nr̄i ihesu christi. Marc. vlt⁹. d. Predicate euāge liū omni creature. Sequit: p ¶ Audiuit aūt. Hęc est secū da pars capituli: in q̄ recitat falsa opinio herodis ō iesu: Mā ꝓpter diuersos rumoꝛes hoīm ꝑus hęsitauit an esset helias: Postea credidit q⁹ esset iohānes baptista: q̄ surrexisset a mor tuis: ⁊ iō ꝫtutes operant⁊ in eo: vt ꝺ⁹ Matth. xiij. a. Et licz ꝫ fuerit factū vltimo anno ꝑdicatiōis dīi: tū hic interserit a lu ca. Vñ patet q⁹ euāgelistę nō seruāt ordinē historię: sed sicut inspirabant⁊ a dño ita narrabāt⁊ scribebāt. Sed ḡrit Chryſ. Quare nō audiuit ab initio herodes? Et rndet. Qui in porē tatib⁹ sunt tarde addiscūt⁊ nō multā curā faciūt addiscendi. Dicit ḡ: Audiuit aūt herodes tetrarcha oia q̄ fiebāt ab eo. Hic ē herodes antipas ꝫb q̄ passus ē dño/ ⁊ iohānes ꝫ decollat⁊: ⁊ fuit

Mystice

Ad litteꝛā

Mozaliter: p ¶ Audiuit aūt herodes ⁊c. Herodes interpretat⁊ glorians in pellibus: ⁊ significat litteratū superbum qui gloriat⁊ in pellibus quaternoꝝ vel librozum suozum:

Mozaliter

✳ quia sunt bene

Universidad de Deusto
Biblioteca



decollatus: et fuit filius herodis ascalonite sub quo natus est dominus ⁊ quem occisi. Tertius herodes fuit agrippa qui occidit iacobū/⁊ petrū incarcerauit: filius aristoboli fratris illi⁹ herodis tetrarche. Dicit aūt tetrarcha a tetras qđ est quartus: ⁊ archos qđ est princeps: id est p̄nceps in quarta parte regni. Vaz mortuo herode ascalōita q̄ erat rex/diuisū est regnum eius in quattuor tetrarchias. Archela⁹ habuit duas: philippus tertiā: iste herodes quartā: ⁊ iō dicit tetrarcha. b ¶Et hesitabat/eo q⁹ diceret a quibusdā/ quia iohānes surrexit a mortuis.

a dñia q̄ fiebāt ab eo: ⁊t hesitabat/eo q⁹ diceretur a q̄busdā qz iohānes surrexit a mortuis: á q̄busdā vo q̄a helias apparuit: áb alijs aūt qz ꝓpheta vnus de antiq̄s surrexit. Et áit herodes: Jōbā

b

c

d

e

f

g

nem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego audio talia? Et quer̄bat videre eum. Et reuersi apostoli⁺ narrauerunt illi quecunq̄ fecerūt. Et ās̄umptis illis secēs/sit seorsum in locū desertum

Matth.14.b Marci.6.c. Matth.14.b Marci.6.b ⁺nuncia. uerunt

In p̄ncipio ꝓpter diuersos rumores hesitauit: sed postea firmato animo/dixit ipm esse iohannē: Matth.xiiij.a. Marc.vj.b. In hoc etiā cōfundit inuidia iudeoz: qui christū negant surrexisse/tot miraculis approbatū: ⁊ hic alienigena iohannē qui nullū miraculū fecit: vt dicit Joh.x.g. cōfitetur surrexisse. c ¶A quibusdam vero/supple dicebat: d ¶Quia helias apparuit: nō dicit/surrexit: quia nō est mortuus/sed in paradisū translatus. iiij. Reg.ij.b. e ¶Ab alijs aūt/dicebat: quia ꝓpheta vnus de antiquis surrexit: id est heliseus. Matth.xvj.b. Aut vnū ex ꝓphetis. Glo. id est heliseum: qui dicit de antiquis/ad differentiā esaię/hieremię ⁊ aliorū. Sed quare de illis tribus magis credebat q⁹ ihesus esset vn⁹ illoz q̄ de alijs? Respōdo. De iohanne credebat ꝓpter sanctitatē: ⁊ quia idē p̄dicabat: Agite pnitentiā: Matth.iij.a. et iiij.c. De alijs duobus quia mortuos suscitauerūt sicut ihesus. Jrē isti tres baptismū christi p̄figurauerūt. Johānes baptizādo/helias ⁊ helise⁹ iordanē diuidendo. iiij. Reg.ij.c. f ¶Et ait herodes: iohannē ego decollaui ⁊c. Chrys. Omnū quid est virtus: iohannē detruncū formidat/⁊ p̄ timore ō resurrectiōe philosophat. Virtus apud malos etiā est admiratiōib⁹ ⁊ laudi bus digna. b ¶Et querebat videre eū: vt forte si ipe sit iohannes possit agnoscere. i ¶Et reuersi apostoli narrauerūt illi quecūq̄ fecerūt: supple insup ⁊ mortē iohannis. Et hac de causa allūptis discipulis secessit in locū desertū. Ūñ sequit: k ¶Et assumptis ⁊c. Hec est tertia pars capituli: in qua ponit miracula q̄ ꝓ q̄nq̄ panib⁹ et duobus piscibus/q̄bus turbā maximaz dñs satiauit: quia p̄ miraculū cōfutauit falsę opiniones de ipo in parte p̄cedenti ꝓmo recitatę. Ad hoc enī recitauit miracula christi: id est ad errozū illuminationē ⁊ fidei cōfirmationē ⁊ moz informationem. Quia vero apostoli redeuntes de p̄dicatione/nuncia/uerūt ei q⁹ herodes decollasset iohannē: statim assumptis discipulis recessit de iudea in desertum iuxta bethsaidaz in galilea: Trib⁹ de causis christ⁹ recessit ō iudea in desertum

g

h

i

k

b ¶Et erat quidam mendicus. Diuiti adiungit̃ paup: quia vterq̄ alteri confert: ⁊ vterq̄ a dño est. Voluit eñ dominus alios paupes/alios diuites esse: vt illi sustinendo/ isti largiendo proficerēt in virtute. Prouerb. xxij.a. Diues ⁊ pauper obuiauerunt sibi: vtriusq̄ operator est dñs. Jtē Prouer. xxix.b. Pauper ⁊ creditor obuiauerunt sibi: ⁊ vtriusq̄ illuminator est dñs. Lazarus est pauper: diues est creditor: Habebat eñ qđ credere poterat lazaro si vellet. d ¶Homine lazarus. Glo. Pauper humilis per approbationē ex noie scitur. Unde ⁊ dñs ait moysi: Noui te ex noie. Bern̄. Quātos lazaros hodie videris: ⁊ plus de equoꝛū phaleris q̄s de ꝓmoꝛū miseria cogitatis. Pater abraā dic sententiā. Et ille: ꝓo malis ꝑsentibus nunc consolat lazarus: ꝓo bonis ꝑsentibus diues cruciatur. Aggrauat aūt peccatū ⁊ auaricia diuitis: Primo in hoc qđ dicit: c ¶Quidam mendicus: id est vnus. Qui enim vni nō dabat/multo minus daret multis. j. Joh. iij.c. Qui habuerit substantiā ⁊c. Eccl. iiij.a. Declina pauperi sine tristicia aurem tuā ⁊ redde debitū. Secūdo aggrauat peccatū diuitis per hoc q̄ dicit/nō pauper/sed mędicus. Sunt eñ pauperes qui nō sunt mendici: q̄ nō pulsant: ⁊ ideo nō ita excitant pietatem. Clamoꝛ enim pauperis multū quādoq̄ excitat pietatem diuitis. Propter qđ dicit Eccl⁹. iiij.a. Clamoꝛem contribulati ne despęxeris. Tertio aggrauat peccatum diuitis per hoc qđ additur: c ¶Qui iacebat ad ianuam eius. Nam quomodo quęreret absentem qui non respiciebat ante ianuā suam iacentem? O q̄ dissimilis erat. Job. xxxj.d. Foris non mansit peregrinus/ ⁊ ostium meū viģ ori patuit. Et dissimilis erat abrahā: q̄ stabat in ost⁹ tabernaculi vt susciperet peregrinos: Gen. xviij.a. Et super illud. j. vlt⁹.c. Loęrūt eū: dicit Grego⁹. Hospites et pegrini nō solum vocādi sunt ad hospitiū: ſz trahēdi. Notat etiā hic arrogātia diuitis: q̄ nō tm̃ mendicū nō respiciebat/nec etiā eum videre sustinebat: ⁊ ideo non ꝓmittebat eū iacere intra ianuā/ne videret eū. Et dicit Chryſ. sup hunc locum. Jacebat ante ianuā lazarus/vt crudelitatē diuitis in suo corpoze demonstraret. Jacebat ante ianuā/ vt diues dicere nō posset: non vidi/in angulo fuit: aspicere non potui. Jacebat añ ianuam: vt diues eū videret exiens/ ⁊ reuertens. Glo. Bedę. Grezorius. In vna re duo iudicia dei explenk: Et visione pauperis diuiti nō miserenti cumulus dānationis inserk: ⁊ rursuz ex visione diuitis rēptatus quotidie paup ꝓbak quē ad ipsius ꝓbationē pauptas simul ⁊ egritudo ⁊ visa diuitis copia ⁊ nulla sibi adhibita consolatio/afficiunt. Unde multa erant huius pauperis conflatoria: sicut ⁊ alioꝛ pauperum sunt multa. Quarto aggrauatur peccatum diuitis per hoc qđ dicitur: f ¶Ulceribus plenus. Solent eñ vlcera infirmoꝛum visa magis prouocare affectū intuentium. A quibus qui auertit oculos impius est. Eccl. iiij.a. Oculos tuos ne transuertas ab vllo paupere. Prouerb. xij.b. Uiscera impioꝛum crudelia. Sup hunc locū dicit Petrus Rauen. Auribus diuitis obduratis/nihil esset vnius vox clamantis: Uñ dominus ad aperiēdum coꝛ eius/totū corpus pauperis vulneribus operuit: vt ꝫt essent vulnera/tot eēnt oza clamātia. Glo. Ambro. Huius vlcera ⁊c. Unguētatosq̄ conuiuas: tangit consuetudinē quarūdam terrarū/in quibus ꝓo balneis vsunt vnguētis. Sequit:

Epod. 33. d.

Moraliter

D

✻ candoꝛe ꝓtinentię ⁊ rigore iusticię. a ¶Et epulabatur quotidie splendide: ante casum. Virtutes eñ ⁊ dona sicut sunt vestimentū/ita sunt cibus ⁊ refectio animę. Vestimentum eñ exterius ornat/cibus interius reficit: et virtus exterius ornat per bonā conuersationē/ ⁊ sic est vestimentū: ⁊ interius reficit ꝑ deuotionem/ ⁊ sic est cibus. Per primum placet homo hominibus: per secundum placet deo. Utrūq̄ est necessarium: ꝓpter qđ dicit apostolus. ij. Cor⁹. viij.d. Prouidemus enim bona ⁊c. Quotidie/dicit: quia singulę virtutes ꝓpriam illuminationē ⁊ refectionē habent. Uñ Job. j.a. Ibant filij iob et faciebant cōuiuia per domos vnusquisq̄ in die suo. Ubi Grezorius. Unusquisq̄ in die suo conuiuium facit/ dum vnūq̄q̄ donum mentem ꝓpria illuminatione pascit ⁊ reficit. Unū dic̃ habet timoꝛ: maioꝛem diem pietas: ⁊ maioꝛem scientia: adhuc maioꝛem consilium: ⁊ sic de alijs. Unde Eccl⁹. xxiij.a. Quare dies diem superat: ⁊ iterum luꝛ lucem ⁊c. Splendide/dicit: quantū ad exterioris exempli exhibitionē. Matth. v.b. Luceat luꝛ vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona ⁊c. b ¶Et erat quidam mendicus nomine lazarus. Sicut diximus: lazarus pauper ⁊ mendicus/ figura est peccatoris/tamen prędestinati. Et dicitur mendicus/nō solum pauper. Mendicus enim est qui quęrit ostiatim: ⁊ dic est peccatoꝛ qui quęrit suffragia sanctoꝛum/ et consilia peritoꝛum quibus ereat a peccato. Unde Eccl⁹. vj.d. Si videris sensatum/euigila ad eum: et gradus ostioꝛum ⁊c. Quidam autem sunt paupere/nō mendici. Isti sunt pauperes superbi: De quib⁹ Eccl. xxv.a. Tres species ⁊c. Jtē quidā sunt mendici non paupes: q̄ dicunt̃ trutāni. Isti sunt hypocrite ⁊ falsi claustrales: qui videntur pauperes spiritu ⁊ rebus: ⁊ non sunt/ sed habēt ꝓpriū in rebus/in sensu/in voluntate. Unde significantur per achoꝛ Josue. vij.d. qui furatus est de anathemate hiericho ducētos siclos argenti ⁊ palliū coccineū ⁊ auream regulam. Furtū siclorum pertinet ad ꝓpriętatē sensus/quo palliant peccata quę per coccinū significantur: Juxta illud Esa. j.c. Si fuerint peccata vestra vt coccinum ⁊c. Furtum regule aureę pertinet ad ꝓpriam volūtatem: quę regulatur/quasi lo ex toto subūcitur voluntati ꝓlati. c ¶Qui iacebat ad ianuam eius. Jacere ante ianuam alicuius/est coram eo quem iustum reputat se humiliare. Sicut de publicano legitur. Luc. xviij.c. qui non audebat etiā oculos leuare in cęlum ⁊c. f ¶Ulceribus plenus: et ideo misericordia indigēs et medici bonitate: vlcera enim ℊ exteri⁹

✻ in cute virtus

Universidad de Deusto
Biblioteca



E ℣ a ℂ Cupiens saturari. In hoc fames paupis demonstrat/ ⁊ peccatū diuitis aggrauat. Esa.lviij.c. Frange esurienti panem tuum: ⁊ egenos vagosq; tc. Ecc̄i.iiij.a. Animam esurientem ne despexeris: ⁊ ne exalperes pauperē in inopia sua. Glo. Greg'. Si qua reprehensibilia videmus in pauperibus/non debemus despicere: q; fortasse quos motū infirmitas vulnerat: hos medicia paupertat' curat. b ℂ De micis quę cadebant de mēsa diuitis. Et in hoc etiam aggrauat peccatum diuitis. Si em̄ peteret pauper delicias/non esset audiendus. Prouerb.xix.b. Non seruum delitię: id est pauperem. Augustinus de verbis domini. Non cogant diuites pauperum cibis uti: utant consuetudine infirmitatis suę/ ⁊ dolcant se aliter non posse: quia si cōsuetudinem mutant/ egrotant: edant supflua/dent pauperibus necessaria: edant p̄ciosa/dent pauperibus vilia: ⁊ q̄dem pauperum sunt reliquię/non delitię/ nō oblectamenta: ꝫ fragmenta. Job.xxij.b. Aquam lasso non dedisti/ ⁊ esurienti subtraxisti panem. O diues: Econtrario Job.xxxi.b. Si negaui pauperibus q̄d volebant/ ⁊ cor viduę expectare feci? c ℂ Et nemo illi dabat: nec dominus neq; famulus. Crudelis dominus/crudelem habet famulum. Ecc̄i.x.a. Scōm iudicem populi: sic ⁊ ministri eius. Chrysostomus. Infeliꝛ/ ⁊ si dei p̄cepta non cōsideras/saltem miserere conditionis tuę/ ⁊ time ne tu talis efficiaris. Job.v.d. Visitās speciem tuam nō peccabis. d ℂ Sed et canes veniebant et lingebant vlcera eius. Hos nec ipe poterat removere a se: nec visitator erat q̄ removeret. Tria notanť hic cōtra diuitē/ p̄m Petrum Raven. Primū est/ q̄ canes sūt mitiores paupi q̄ diues. Vñ dicit: Canes pauperis vlcera curāt magisterio nature: diues pauperē negligit natura accusante. Secundū est/ q̄ diues est mitior canibus suis q̄ paupi. Vñ dicit: Diues miser/ si paupi micā nō dedisti: saltē ꝫre canes abigere neglexisti? Ex canes tui mitiores te: imo tu immitior eis/ ⁊ mitior canibus tuis q̄ paupi fuisti. Canes tui aliq̄n pinguia: ꝫ nec micā de mēsa tua paup recepit. Tertiū est/ q̄ paup largior fuit canibus diuitis: q̄ diues ipi paupi. Vñ dicit: Diues pauperē de micis cadētibus nō pascit/ ⁊ paup canibus diuitis de carnibus suis humanus exist̄it: ⁊ miro mō paup canes diuit' suis vulneribus pascit in vulnus diuitis. Sequit: c ℂ Factum est autem vt moreretur mendicus. Nō dicit: mortuus ē mēdicus: quia taliū mors nō est mors: ꝫ trāsitus ad vitā. Vñ Sap.iij.a. Ti si sunt oculis insipientiū mors: illi aūt sunt in pace: id est in sinu abrag. Dicit aūt: Factum est vt moreret mendicus. A q̄ factū est? A deo vocāte ad gloriā ⁊ a miseria liberante. Vñ p̄t dicere: Vita nostra sicut passer erepta est tc. g ℂ Et portaretur ab angelis: q; forte non habuit alios portatores. Petrus Rauen. Nō dedignanť cum portare angeli/cui p̄rius ministrabāt. Heb.j.d. Oēs sūt administratorij spūs in ministeriū missi tc. Baruch.v.c. Exierūt a te pedibus suis ducti ab inimicis: adducet aūt illos dns ad te portatos in honorem sicut filios regū. Petrus Rauen. Scribo paupi angelica deputanť officia: cui tā crudeliter denegata sunt hūanitat' obsęa. h ℂ In sinum abrag. Tradūt sancti ad lram: q; in loco pn̄ag est ps supior/ q̄ ora inferni dicit: id est extremitas: sicut ora vestimēti dicimus extremitatē. Tradūt etiaꝫ q; pars illa supior aliquantulā modicā habet lucē. Cui tñ videť obuiare q̄d ait Job: In tenebris straui lectulū meum. Ibi em̄ quieuit Iob cū ceteris sanctis. Sz locū illū dicit tenebras/nō simpliciter/ ꝫ respectu visionis dei. Locus ille sinus dicit p quiete vel p trāq̄llitate: vt sinū maris dicimus locū in mari secretū vētis ⁊ tēpestatibus minime perituū. Et licet ibi requieuerit ceteri sancti/sicut abrahā: specialiter tñ dicit sinus abrag eo q̄d abrahā fuit p̄ima credēdi via: ⁊ primus apte p̄dicauit fidem vnius dei. Sic ad lram sinus abrag intelligit ps superior inferni. Mystice aūt sinus abrag intelligit requies beatorū. Vñ oramus animas defunctoꝝ collocari in sinu abrag: id est in requie beatoꝝ. Dicit ergo: In sinum abrag: id est in loco quietis. In sinu q̄dē abscōdit ⁊ fouet res: sic animę sanctę in quiete abscōdunť/ ne diabol' ꝫ tāgat eas/ vel videat ad nocendū. Ibi securę sūt ab oī turbine ⁊ tēpestate/ sicut res in sinu. Esa.xij.b. Sup omnē gloriā p̄tectio: ⁊ tabernaculum in vmbraculū diei ab estu: ⁊ in securitate ⁊ in absconsione a turbine ⁊ a pluuia. Col.iij.a. Vita vr̄a absc̄dita est cū christo ī deo.

a cūpiēs saturari dē micis q̄ cadebāt de mēsa diuitis/ ⁊ nēmo illi dabat. Sz ⁊ cānes veniebāt ⁊ lingebāt vlcera eius. Fuit aūt vt mōreret mendicus ⁊ portaret̄ ab āgelis in sinū abrae. Hoc iterū facū est a deo. Sunus abrae est par ⁊ ḡes p̄scientię vel tranq̄llitas vitę cōtemplatiuę. Heb.j.d. Oēs sūt administratorij spūs in misteriū missi, pter eos tc. Vel angeli dicunť sacerdotes: q̄ ad hoc debēt inuare. De q̄bus.j. Cor.xj.b. Mulieres velēt caput suū, p̄ę āgelos: id est, p̄ę sacerdotes. Item āgeli sunt ordines/clemosynę/ieuunia/ disciplinę/ ⁊ oia bona merita q̄ sūt ad ꝫ nūcij nr̄i ad deū. Mā ⁊ ipe mittit aliq̄n nūcios suos ad nos. i. inspiratiōes/ p̄solatiōes/

✳ gaudia/timores/ quasi pus p̄fractę. Vñ dns se compat galline: q̄ sub alis fouet pullos suos: Matth.xxiij.d. Vñ ⁊ p̄m Damascenū: deus triplicē habet interp̄tationē. Interp̄tat em̄ currēs/ q̄d ptinet ad patris porcētia: Videns/ad filij sapientia: Fouens/ad spūssancti bonitatē. Illa aūt q̄es dicit sinus abrae potius q̄ alios: q; sicut dictū ēpimus q̄dā cauit fidē: ⁊ etiā p̄pē officiū hospitalitat'. Vñ Petr' Rauen. Paz se btm̄ crederet ℣ abrā/ si in curevirus ostē dūt/ pctā sunt p cōfessionē apta: ⁊ istoꝝ maxime ē miserendū/ q̄ pctā, p̄pria cōfitenť. Illi em̄ sanari appetūt: q̄ vulnera detegūt ⁊ ostēdūt. Vñ Boetius. Necesse ē vt vulnus detegas: si operā medicātis exp̄ctas. Prouer.xxviij.b. Qui abscōdit scelera tc. a ℂ Cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis. Fercula plena sūt diuitū: ꝫ micę sūt paupeꝝ: de q̄b' Joh.vi.b. Colligite q̄ supauerāt fragmēta tc. Matth.xv.c. Mā ⁊ catelli edūt de micis q̄ cadūt tc. Mēsa diuitis est scripturaꝝ opulētia ⁊ ꝫtutū: de q̄ debēt micę seu reliquię aliq̄ ad infirmos ⁊ paupes redūdare: Juxta illud apostoli.ij. Corinth.viij.c. Vestra abūdātia tc. Bene.xxxj.c. Inebriabo animas sacerdotū tc. Una mica huius mēsę ē affectus cōpassionis: quā omnis diues libēter debet dare paupibus: sicut apls: ij. Cor'.xj.g. Quis infirmat tc. Alia est affectus cōgratulationis: De q̄ Roma.xij.c. Gaudete cū gaudentibus. Tertia est verbū pię cōsolationis aut cōsilij vel sustentatiōis. De primo dicit Job.xxix.d. Cū sederem quasi rex tc. Eccl.xviij.b. Nonne ardorem tc. De aliis duobus dicit Job.xxix.c. Oculus fui ceco/ ꝫtum ad cōsiliū: ⁊ pes claudo/ ꝫtum ad sustentationem. Quarta mica est ⁊ bū doctrinę ⁊ instructiōis. Quinta ē exemplū sanctę cōuersatiōis. Sexta subsidiū corpalis sustentationis. Et de his tribus dicit Petro/ Joh.xxi.d. Pasce/ pasce/ pasce agnos ⁊ oues. i. maiores ⁊ minores. Sz q; pauci sunt q̄ istas micas fidelit dēt paupib': Jdeo sequit: c ℂ Et nemo illi dabat: q̄d, puenit vel ex nimia gulositate vel nimia cupiditate. Nimis gulosus est diues: qui totū comedit ⁊ de cuius copia nihil ad paupes puenit. De quo Eccl.xj.c. Jmueni mihi requiem ⁊ nunc manducabo de bonis meis solus. Econuerso Job.xxxi.b. Si comedi buccellā meā solus. Auarus autē aut nullas micas facit: aut vendit eas: et ideo nemo illi dabat. Matth.x.a. Gratis accepistis/gratis date tc. i. Timoth.vj.d. Precipe diuites fieri in bonis operibus: facile tribuere tc. d ℂ Sed et canes veniebant et lingebāt vlcera eius. Sicut diues significat ꝫlatos īmisericordes: sic canes isti significāt ministros mansuetos: quos aliquādo cōtingit inuenire in domo diuitis: id est in ecclesia seu monasterio duri ꝫlati. Hi vlcera paupis lingūt/ dū infirmis obsequiū pietatis impēdūt. Habet aūt canis m ore latratū/ in dentibus morsū/ in lingua medicamētū: Sic bonus p̄dicator ⁊ bonus p̄fessor ⁊ q̄libet spūalis bonoꝝ administratoꝝ/ debet habere hęc tria. Latratus est verbū exhortatiōis. Titū.ij.d. Hęc loqre ⁊ exhortare. Sz de malis canib' dicit Esa.lvj.d. Speculatores tc. Morsus est verbum obiurgationis seu increpationis: q̄d aliq̄n necessarium est. ij. Timoth.iiij.a. Argue/increpa/obsecra. Lingę medicamentū est verbum consolationis. Eccl.xxxvj.d. Si est lingua curationis/ est ⁊ mitigationis ⁊ misericordię. Prouerb.xij.c. Lingua sapientū sanitas. Pś. Lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso. Ecce q̄ lazarus inuenit canes diuit' meliores q̄ ipm diuitē. In quo significat q̄ infirmi ⁊ pauperes spūales: id est pctores in ecclesia dei aliq̄n inueniūt ꝫdicatores ⁊ cōfessores simplices meliores sibi q̄ diuites ꝫlatos. Eccs.ix.b. Melior est canis viuus leone mortuo. Canis viuus est ꝫdicator bonus: Leo mortuus/ ꝫlatus supbus ⁊ austerus: De quo Eccl.iij.d. Voli esse sicut leo in domo tua euertens domesticos tuos tc. e ℂ Factum est autem/ a deo. f ℂ Et moreretur mendicus: id est peccatoꝝ morte spūali: q̄ ds mortē peccato ⁊ incipit viuere deo. Unde.ē.xv.g. Mortuus fuerat ⁊ reuixit. Col.iij.a. Mortui estis tc. g ℂ Et portaret̄ ab angelis in sinū abrae. Hoc iterū facū ē a deo. Sunus abrae est par ⁊ ḡes p̄scientię vel tranq̄llitas vitę cōtemplatiuę. Heb.j.d. Oēs sunt administratoꝝ spūs in misteriū missi, pter eos tc. Vel angeli dicunť sacerdotes: q̄ ad hoc debēt inuare. De q̄bus.j. Cor'.xj.b. Mulieres velēt caput suū, p̄ę āgelos: id ē, p̄ę sacerdotes. Item āgeli sunt ordines/clemosynę/ieuunia/ disciplinę/ ⁊ oia bona merita q̄ sūt ad ꝫ nūcij nr̄i ad deū. Mā ⁊ ipe mittit aliq̄n nūcios suos ad nos. i. inspiratiōes/ p̄solatiōes/

✳ gaudia/timores/

Pś.122. Pś.50. Pś.67. Job.17.d. Mystice



A ℣ Sinus multiplex abrahām/si in supna gloria a pio cessaret hospitalitatis officio. Est aūt multiplex sinus/in q̄ mali mō foueńt: ⁊ ideo nō merētur foueri in sinu abrae. Primo est voluptatis: de q̄ Prouer. v.d. Quare seduceris fili mi ab aliena: ⁊ foueris in sinu alteriꝰ? Aliena/est caro q̄ aīam q̄ de cęlo est trahit ad terrā vnde ipa est/ ⁊ sic alienat a deo. Secōs sinus ē cupiditatis: de q̄ Prouer. xvij.d. Munera de sinu impius accipit vt peruertat semitas iudicij. Tertius ē sinus vanitatis: de q̄ Ecclesiast.xliij.d. In sinu eius erat cubitus: ⁊ definitio eius vsq; ad labiū. Cubitus ē mēsura pfecta. Vñ cubitus est in sinu eiꝰ: q̄ opinione sua sibi videť esse pfectus. Et definitio vsq; ad labiū: q̄n ꝺba iactātię de sua pfectione, pferunt. Exo.iij.b. Cū misisset moyses manū suā in sinu suo, p̄tulit leprosam. Quartus sinꝰ est impęnitentię: de q̄ Job.xxj.d. Si abscōdi quasi bō pctm̄ meū: ⁊ celaui in sinu meo iniq̄tatē meam. Quintus est negligētię: de q̄. iij. Reg'.iij.c. Tulit filiū meum de latere meo ⁊ posuit in sinu suo: suū aūt filiū q̄ erat mortuus posuit in sinu meo. Per istas mulieres significanť ꝫlati: q̄ in sinu negligētię filios suos q̄s deberēt foucre p diligentiā/ opprimūt p negligentiā. Sextus sinus est malę cōscientię: de quo Esa.lxv.a. Remetiar opus eoꝝ p̄mū in sinum eoꝝ. De bona p̄scientia ꝺr Job.xix.d. Reposita est hęc spes mea in sinu meo. a ℂ Mortuus est aūt diues. Preterito perfecto vtit dns/ad innuendū q̄ diues pfecte est mortuus: nō vna sed triplici morte. Prima ē culpę: q̄ de' separať ab aīa. Hac mortuus fuit diues dū viueret. De q̄ 1. Timoth.v.a. Vidua.i. aīa a christo separata/in delitijs viuēs mortua ē. Secūda est natura: q̄ separať aīa a corpe. Tertia est gehēne: q̄ separať aīa a glia. De his duabꝰ ꝺr Apoc'.xx.d. Infernꝰ a meos missi sūt in stagnū ignis: hęc est mors secunda. Hoc est tripler vę: de quo Apoc'.viij.d. Tię/vę/vę/habitātibꝰ in terra. b ℂ Et sepultus est in inferno. Esa.xiij.c. Detracta ē ad inferos supbia tua: cōcidit cadauer tuū. Job.xxj.b. Ducūt in bonis dies suos tc. i. in inferno sepeliunť. In hoc cimiterio sepeliunť parochiani diaboli: in cęlo ꝺo sepeliunť parochiani christi. Unde legitur aūt de q̄libet cuius parochianꝰ sit: eius. i. a q̄ baptizaťur est: ⁊ cui decimas ⁊ p̄mitias reddit a q̄ audit missas ⁊ bozas. Qui baptizať aqua pnitētię/ est parochian' christi. Joh.iij.a. Nisi q̄s renatus fuerit tc. Qui aūt baptizať in aq̄ cōcupiscentię/ parochianꝰ est diaboli. Exo.j.d. Precepit pharao omni pplo dicēs: q̄cūd masculini sexus natum fuerit in flumē p̄icite. Ibi character christi imprimit: de q̄ Ezech.ix.c. Dēm sup quē videritis tau/ ne occidatis. Hic ꝺo imprimit character diaboli: de q̄ Apoc'.xiij.d. Me q̄s posset emere vel vēdere nisi tc. Item qui p̄mitias ⁊ decimas. i. initia operū ⁊ p̄summationē reddit diabolo/ eiꝰ parochiani sunt: vt diues ille. Item q̄ missas diaboli audiūt/ eiꝰ parochiani sunt. In missa christi panis transsubstantiaťur i corpus christi. Similit in missa diaboli/ panis trāssubstantiatur in corpus diaboli. Quis panis ille? Esa.lxv.d. Serpēti puluis panis eius. i. ꝺ leuis ⁊ dissolutus: q̄ trāssubstantiaťur in corpus diaboli: dū peccādo fit membrū eiꝰ. Item ꝺr q̄ diaboli sūt vanę cārilenę: q̄s qui audit/ parochianū diaboli se ostēdit: ⁊ ideo in morte sepeliet in eius cimiterio. i. in inferno. Sequit: c ℂ Eleuās aūt oculos suos. Prosequitur dns parabolā de diuite/ dicēs: q̄ de loco pnarū. i. de inferno/ ri parte inferni/ vidit abrahā ⁊ lazarū in sinu eiꝰ. Quinq; autem notanť hic ad lram. Primo status diuitis ⁊ lazari pmutatio/ cū ꝺr: Eleuans aūt oculos suos. Secūdo/ tormētorum cumulatio/ cū ꝺr: Cū esset in tormētis vidit lazarū. Tertio diuitis vana ꝫsumptio/ cū dicit: Pater abrahā miſere mei. Quarto/ stulta petitio/ cū dicit: Mitte lazarū. Quinto pęnę ad culpā puenięs ordinatio/ cū dicit: Ut refrigeret liguā meā tc. Fuit aūt pmutatio status q̄ ad tria. ſ. q̄ ad locū. Lazarus em̄ sursum erat/ diues deorsū. Econuerso fuerat ante: Mā diues sedebat ad altā mēsam: lazarus iacebat ad ianuā. Et hoc est q̄d ꝺr Prouer.xiiij.c. Jacebūt mali ante ꝺnos ⁊ impij ante portas iustoꝝ. Item Prouer.xxix.d. Supbū sequit humilitas: id ē decictio: ⁊ humilē spiritu suscipiet glia. Item q̄ ad delitias: Solebat em̄ lazarus esse in tormētis/ diues in delitijs: nūc aūt econuerso. Et hoc ē q̄d ꝺr Esa.lxv.c. Serui mei comedēt/ ⁊ vos esurietis. Item q̄ ad dignitatē: Solebat em̄ lazarus mendicare a diuite: nūc aūt econtrario. Et sicut diues nō audiebat lazarū: ita nec ipe mō audit. Prouer.xxj.b. Qui obturat aurē suā ad clamorē pauperis: ipe ꝯ tc. Scōo notat tormētoꝝ ei' cumulatio/ ck ꝺr: d ℂ Cū esset in tormētis/ vidit abrahā a lōge ⁊ lazarū in sinu eiꝰ, Gregoꝰ. Diues ñ abrahā fuerat qui lazarū in sinu habebat. Et nota q̄ reprobi a lōge sūt ab electis ⁊ loco ⁊ merito: q; vltra nō possunt habere locū merēdi. Nec est hoc ad releuationē doloris/ q̄ lazarū videt in gaudio/ ꝫ magis ad cumulū dānationis: sicut nō est ad diminutionē gaudij/ ꝫ potius ad augmētum q̄ lazarus videt diuitē in tormentis. Vñ Gregoꝰ. Credēdum est q̄ ad retributionē extremi iudicij iniusti ī requie ꝺdā conspiciāť/ vt eos videtes ⁊ cōspiciētes in gaudio/ nō solū de suo supplicio/ sed etiā de illoꝝ bono crucient. Justi ꝺo in tormentis semp iniustos intrueńt/ vt hinc eoꝝ gaudiū crescat: q; malū conspiciūt q̄ misericorditer cuaserūt. Ut q̄ peccatores in iudicio amplius puniant/ ⁊ eoꝝ videt gloriā q̄s p̄cepserūt/ ⁊ de illoꝝ pena torquenť quos inuriliter amauerūt. De ꝺ etiā Esa.vlt'.g. Egredienť ⁊ videbūt cadavera virorū qui p̄uaricati sunt in me. Cadauera dicit corpus ⁊ aīam reprobox q̄ sunt data vermibus corrodēda. Eccl.x.b. Cum moriť ꝺ tc. Tertio notat eius ꝫsumptio/ cum ꝺr: e ℂ Et ipe clamans dixit: Pater abrahā/ miserere mei. Hęc est illa sera pęnitentia in qua fatuę virgines clamāt: Aperi nobis: Matth. xxv.a. Modo vocat patrē/ q̄ē noluit imitari. Petrꝰ Raven. Si pius/ si hospitalis in pauperem fuisses/ filius abrahę esses. Qui genitoris opa nō facit: negat genus: dicēte dño: Si filij abrahę estis/ opa abrahę facite: Joh.viij.c. Quarto notat stulta ꝫ petitio/ cū dicit:

✳ gaudia/timores/ desideria bona/ ⁊ ꝺnōt. Nunc̄ nr̄i sunt ascēdētes: sui ꝺo descēdētes. Vñ Iacob vidit in scala angelos ascēdētes ⁊ descēdētes: Heb.xiij.c. Ab his angelis portat moriꝰ in sinū abrahę: q; p hoc puenit pctōr pęnitens ad pacē cōsciētię/ ⁊ aliq̄n ad trāquillitatē vitę p̄cplatiuę. Sinus aūt nō pōt fieri nisi duo ꝯcurrāt. ſ. ampla vestis ⁊ cingulū: sic pax p̄scientię vel trāq̄llitas vitę p̄cplatiuę nō pōt fieri nisi due ꝗtutes ꝯcurrant. ſ. charitas q̄ est ampla vestis aīe: de q̄ Matth. xxij.b. Quō huc intrasti: Ut ꝯtinētia q̄ ē cingulū carnis: de q̄. ij. c. Sint lūbi tc. Verūtn̄ ē sinus moysi ⁊ sin' abrahę. Sinus moysi q̄ fuit legislator ē latitudo intellectꝰ/ quā facit scia. Sinus abrahę ē latitudo affectꝰ/ quā facit ꝺtus. Non ꝺ q̄ angeli portēt in sinū moysi: q; inde extrahit manꝰ leprosa/ q̄ sana intrauerat: Exo.iij.b. In q̄ significat q̄ scia inflat. i. Cor'.viij. a. In sinū ꝺo abrahę portāt āgeli: ꝫ nō nisi pauperē spū ⁊ mortuū mūdo. Mortal' q̄ aia mea morte iustoꝝ tc. Mūeri.xxiij. b. a ℂ Mortuus est aūt ⁊ diues. i. iustus supbus/ vt ꝺna tus austerus morte culpę: de qua Pś. Mors pctōr pessima. b ℂ Et sepultꝰ ē in inferno. i. in ꝑfundo pctōr demersus. Mā pctm̄ taliū ꝗuissimū est: et vix aut nūquā resurgunt. Qđ significat casus luciferi: de q̄ Esa.xiiij.d. Ad infernū detraheris ad ꝑfundū laci. De ꝺ inferno dicit Pś. In inferno q̄s confitebit tibi. Jgit nō gloriet diues in diuitijs suis: vt ꝺr Piere. ix.g. i. nō supbiat ꝯtinēs de ꝯtinētia sua: neq; iustꝰ de iusticia sua: q; cito pōt mori. i. Cor'.x.c. Qui se existimat stare videat ne cadat. c ℂ Eleuās aūt/ diues depauperat': d ℂ Oculos suos cū eēt in tormētis. i. in flagello consciē: qđ fit ex trib' funiculis. Quoꝝ ꝑmus ē p̄sideratio dāni: Tolerabilius em̄ ei eēt/ diuitē. i. iustū nō fuisse q̄ a cātis diuitijs cecidisse. Et ex ꝺ q̄ videt se tot diuitias amisisse/ magis affligit ⁊ torquet. Vñ Job.iij.d. Quare misero data est lux. i. cognitio suę miserię. Sap.v.b. Quid ꝑfuit nob tc. q.d. nihil nisi pnā et tormentū. Secūdus est condēnatio ꝑ p̄sideratio dānī: Tolerabilius em̄ ei eēt/ diuitē. i. iustū nō fuisse q̄ a cātis diuitijs cecidisse. Et ex ꝺ q̄ videt se tot diuitias amisisse/ magis affligit ⁊ torquet. Vñ Job.iij.d. Quare misero data est lux. i. cognitio suę miserię. Sap.v.b. Quid ꝑfuit nob tc. q.d. nihil nisi pnā et tormentū. Secūdus est condēnatio ꝑ p̄ iudicii: q; scia ipsum accusat ⁊ ꝺdēnat. Roma.ij.c. Testimoniū reddēte tc. Sap. iiij.d. Veniēt in cogitatione tc. Tertius ē timor periculi: certus ē ꝺ cū ceciderit de pena eterna/ si in hoc ꝺhendat. Vñ ꝺr Sap.xvij.c. Cū sit timida nęqtia dat testimoniū ꝺdēnationi: Semp em̄ ꝫsumit ignia: perturbata p̄scientia. c ℂ Dixit abrahām. i. deū patrē olim ⁊ receptorē bonoꝝ. f ℂ Aloge: q; pctm̄ lōge facit bonum a deo. Pś. Lōge a pctōrib' salus. Esa.lix.a. Iniquitates vestrę tc. g ℂ Et lazarū in sinum eius. Hoc addit ad augmētū ⁊ cumulū tormētoꝝ ei'. Sicut em̄ in inferno magis dolebūt reprobi: quia videbūt bonos in gloria: ita pctōr q̄ p̄ superbiā cecidit a statu felicitatis et amisit diuitias q̄s habebat/ ⁊ videt illū q̄ pus fuit magn' pctōr in sinu abrahę. i. in statu gr̄ę/ in pace p̄scientię ⁊ trāq̄llitate vitę p̄cplatiuę/ magl torquet. b ℂ Et ipe clamās/ ꝺr: tacēs cor/ de: i ℂ Dixit: pr̄ abrahā miſere mei/ pctm̄ ꝺmittēdo.



Pś.6. Pś.33. Pś.118. Mystice

Universidad de Deusto
Biblioteca



petitio/cū dicit: a ¶ Et mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam. Petrus Raueñ. Adhuc dū ultē suā malicia nō deserit: q nō se ad laçaz duci postulat/sz ad se laçaz vult deduci. Ūñ t q². Ad ifernū de gremio pīs: ad p fundū chaos de solio sublimi: ad stridorē tormētoz de sancta

a miſere mei: t mittē laçarū vt intingat extremū digiti sui in
b aquā vt rēfrigeret liguā meā
c qz crūcior in hac flāma. Et

bonis tempalibus abūdasse: nō tñ p recompēsatiōe meritorū
B
sūt eis collata a deo/sz gratis. Sequit: i ¶ Et lazarus si/
militer mala. Quia sicut diues ex aliq̄ merito bona in vita
sua recepit q̄ cū vita transierūt: ita laçarus ex aliquo demerito
mala in vita sua recepit q̄ cū vita sua finita sunt. k ¶ Nunc
autem hic conso/latur: gēna ꝓsolatio/ne p breui t momēta
nea tribulatiōe. ii. Co/rinth. iiii. d. Id qđ in
ꝓsenti ē momētaneū et leue tribulationis
tē. Hūc sūt ei nuptie archi/triclinio: in q̄bus

De pēn. dist. 3. c. cauendū

dixit illi abrāā: Fili rēcorda
re/qz rēcepisti bona i vitā tua:
t lāçarus sim̄r mala. Nūc aūt
hic ꝓsolat/ris vero cruciaris.

aq̄ doloris versa ē in vinū gaudiū t ꝓsolatiōis: Joh. ii. b. Hoc
est qđ dicit Joh. xvi. d. Tristicia vestra vertet in gaudiuz tē.
Chrysostomus. Si egrotamus/si paupes sumus: gaudeam⁹:
accipiamus mala in vita nostra/vt postea recipiamus bona.
l ¶ Tu vo cruciaris/ gēno cruciatu p modica voluptate.
Grego⁹. Domētaneū ē qđ delectat: sz eternum ē qđ cruciat.
Prouerb. xiii. b. Risus doloze miscebit t extrema gaudii lu/
ctus occupat. Ecce q̄ fuit in delitijs tempalib: nūc ē in pena eter
nali. Hec mutatio miro mō figurata ē Gen. xlviii. c. vbi dicit
q² Iacob manū dexterā posuit sup minoz: ē filiū Ioseph q̄ erat ad
sinistrā suā: t ecōuerso manū sinistrā posuit sup maioz: ē filiū q̄
erat ad dexterā suā. Per dexterā in scriptura significat ꝓspe/
ritas: p sinistrā vo aduersitas. Et certe q̄ sūt hic in aduersitate
ꝓpter deū/ erūt in futuro in ꝓspitate. Et ecōuerso/q̄ sunt h̄ in
ꝓspitate/erūt in futuro in aduersitate. Nūc em̄ dñs crucifixus
stat ad occidētē vocās pctōres ad pnitētiā: sz tūc vertet se ad
orientē ducēs suos ad gloriā: t ita q̄ modo sūt in dextera erūt
in sinistra: t econuerso. Beatus Bern̄. O quātos laçaros tē.

Prouū. 10. c.

Flamma du/plex

¶ Et in his oībus
✳ a ¶ Et mitte lazarum vt intingat extremum: id est
extremitatē/digiti sui in aquam tē. id est cōcede mihi mi/
nimū meritū eius ad meū refrigeriū. Hec orat diues vt ducat
ad laçaz. sz q² lazarus ad ip̄m veniat: in q̄ significant q̄dā pec
catores q̄ cū in peccatis suis remanebāt/alios ꝓ se ozare implo
rāt: t ip̄i seipsos iuuare nolūt. Sz sicut diues manēs in iferno
nihil impetrauit: ita qui remanēt in pctō nihil impetrāt apud
deū: qz pctōres nō exaudit deus: Joh. ix. f. Isti sunt siles fatuis
virginibus: q̄ nolētes emere oleū/direrūt alijs: Date nobis: t
dictū ē eis: Ite tē. Matth. xxv. a. q. d. si vultis iuuari ab alijs
vel a deo/vosipi coadiuuate. i. Cor. iii. b. Dei coadiutores su/
mus. Debet ergo diues laborare vt veniat ad laçaz: nō tñ ro
gare vt laçarus veniat ad ip̄m. Cū aūt digitus sit spūssanctus/
vt dicit Exo. viii. c. qđ est extremū digiti nisi gra in extremis:
Ūñ extremū digiti intingit in aq̄ t dat pctōri/cū pctōri dat fi
nalis seu in fine gra. Iste q̄dē digitus habet tres iūcturas/si
ue tres ptes. Prima ps est gra iustificās: secūda est gra cōser/
uās: tertia est gra cōsummās: id est finalis. Multi nō multuz
curāt de primis duabus: sed tertiā postulāt. Hrum possunt: id
est bonū finē/seu finalē gratiā: Hoc em̄ est petere extremū di/
giti. Sic petit balaā nō pnitens: Moriaꝰ aīa mea tē. Nu/
meri. xxiii. b. Sz dicit Aug⁹. Nō pōt bene mori q̄ male vixit.
b ¶ Ut refrigeret linguam meam: q̄ cōtinuo motu agi/
tata quasi rota inflammat. Ūñ Jaco. iii. f. Lingua nra ignis
est. Et gehenna: id est a diabolo/vel a ꝓpria concupiscētia:
ideo bene indiget refrigerio. c ¶ Quia crucior in hac flā
ma. Est duplex flamma. Una ꝓsens: sz flamma malę con/
cupiscentię. Altera est flamma gehenne. De quibus Esa. l. d.
Ambulate in flāmis quas succēdistis vobis: ligna: id est pec
cata cōgerēdo t adipē voluptatū desup infundendo. Hiere.
vii. d. Filij colligūt ligna tē. Eccl. xxiii. c. Nō nequā in ore tē.
Ambulare in flāmis est de flāma ad flāmā trāsire. De flamma
cōcupiscētię ad flāmā gehēne. d ¶ Et dixit illi abrāā: id ē
deus q̄ loquit homini intus in cōscientia t foris in scriptura.
e ¶ Fili recepisti bona: fortune: bona nature: bona gratię.
b ¶ In vita tua: q̄bus male vsus es supbiēdo. i ¶ Et la/
zarus similiter mala/culpę: q̄bus bñ vsus ē pēnitēdo t cō
fitēdo: t mala pene/q̄bus bñ vsus ē se hūiliādo t patiēter su/
stinēdo. k ¶ Nūc aūt hic cōsolaꝰ: in sinu abrāę. i. in pace
ꝓscię vel tranq̄llitate vitę ꝓfectus: ad quē locū pctōr pacta
pnitētia portaꝰ ab angelis/ vt ꝓdictum est. Esa. lxi. a. Dabo
oleū gaudii p luctu t palliū laudis p spū mgroris: l ¶ Tu
vero cruciaris/in inferno: intus. i. in ꝓscientia flagellante. Et
merito talis sine misericordia cruciaꝰ: q̄ noluit ipe cū posset
indigenti pauperi misereri. Matth. xviij. d. Serue nequā tē.

Moraliter

b

¶ Et in his oībus



A
a ¶ Et in his oībus tē. Nota quia abrāam iam ostende/
rat eum talē esse/cui nō deberet subueniri: mō ostendit q̄ non
pōt ei subuenire t si vellet: q² forsitā adhuc diues instāter ro/
garet/nec clamare desisteret. q. d. abrāam: Recepisti bona in
vita tua/in voluptate t aliū spem posuisti: dedisti operā am/
bitiosis t superfluis oc/
natibus t cōuersati/
onib⁹ t vanıloquijs:
quia epulones solent
dare operā loq̄cita/
ti/t ita multa sunt q̄
me excusant ne sub/
uenīā tibi: q² talis es
cui non debet subue/
niri. Et in his om/
nibus. i. inē hęc oīa
q̄ me excusant: vnū ē
qđ oīno me absoluit. s. q² nullo modo possum tibi subuenire:

a Et in his ōmnibus inē nos
b et vos chaos mągnū firma/
c tum est/ vt hi qui volūt hinc
transire ad vos nō possunt:
neq² inde huc transmeare.
d Et ait: Rogo q̄ te pater/vt

b ¶ Quia magnum chaos firmatum est inter nos t
vos. s. impossibilitas cōmeandi: q² nemini de nobis est facul/
tas cōmeandi ad vos: vel ecōuerso. Notat t hic distantia lo/
corum ꝓ differentiā meritorū. Hō significat Exo. viij. f. vbi
dicit: Ponā diuisionē inter pplm meū t pplm tuū. Hęc diui/
sio fuit in terra gessen/vbi erant filij Israel: vbi erat semp lux et
pax: in terra vo egypti q̄ erant tenebrę t tumultus. Vel istud
chaos dicit ex vna parte inscribilis iusticia dei: ex altera par/
te immutabilis exigentia meritorū. s. quia nec ibi possunt me/
reri vitā eternam: nec boni mortem eternam. Hęc confusio nō
est in hac vita. Hā t boni possunt fieri mali t mali boni. Am/
broſius. Inter pauperē t diuitē chaos est: quia post mortem
nequeūt mutari merita. Unde sequit: c ¶ Et hi qui volūt
hinc transire ad vos non possunt: neq² inde huc trās/
meare: id est si vellent non possent. Et nota quia principium
Hlo. Greg⁹. Sicut reprobi tē. innuere videt q̄ electi q̄ vidēt
reprobos in tormētis cōpatiunt eis: Hō stare non pōt: q² id/
ipsum eorū beatitudinem obfuscaret: Non enim potest esse cō
passio miseri sine angustia animi. Item si ex affectu compassi/
onis condescenderent/ non in omnibus voluntati diuine con/
cordarent. Nota ergo quia Hlo. seipsam determinat: finis ꝓn
cipium. Et ergo dicitur in ꝓncipio: volunt/ sed non possunt:
intelligendum est/volunt de natura/non tamen simpliciter vo/
lunt: sicut angeli de natura possunt peccare: id est in ea natura
creati sunt in qua possunt peccare nisi confirmarentur: ita electi
ad reprobos de natura transire volunt: id est in natura huma/
na compassionē habuerūt: t adhuc haberēt nisi adeo dei iusti/
cię astricti cēnt. Licet ergo electi naturaliter sint misericordes
t cōpassibiles: tamē erunt adeo coniuncti diuinę iusticię t cō/
formes diuinę voluntati/ vt nulla cōpassione ad reprobos mo
ueantur. Modo potest esse transitus de malis ad bonos t de
bonis ad malos: tūc nullus erit transitus. Hūc enim dicit do/
minus transire percutiens egyptios: Exo. xii. d. Tunc immo/
bilis erit censura iusticię dei. Unde Esa. xxx. g. Erit transitus
virgę fundatus quā requiescere faciet dominus super eum. Et
de bonis dicit Joh. xvi. e. Gaudiū vestrum nemo tollet a vo/
bis. d ¶ Et ait/ diues ad abrāam. e ¶ Rogo ergo te pa/
ter: ex quo nemo ex vobis pōt huc venire. f ¶ Ut mittas
eum: id est laçarū/in domum patris mei tē. Hō est cre/
dendum q̄ hoc dicat ex charitate/ quā ante non habuit: t ꝓstat
q² nec modo habebat. Unde dicit auctas. Non potest q̄s post
mortem illum quē prius habuit immutare affectum. Hoc igi/
tur dicebat ex timore pene: Sciebat em̄ q² ex ꝓsortio fratruz in
pena/augerē pena sua. Unde Beda. Seruaꝰ diuiti/ t cogni/
tio pauperis quē despexit/t memoria fratrū quos reliquit: vt
de visa gloria despecti/ t de pena inutiliter amatoruz amplius
torqueatur. Et notanē hic multa ad ifam. Primo importuni/
tas diuitis respectu abrāę quē iterum frustra sollicitat. Secū/
do eiusdem diuitis crudelitas respectu laçari: quem petit exire
de requie/qui semp fuit in labore. Nec est credendum q̄ vellet
laçarus suscitari ad vitam mortalē: cum dñs fleuisse legat q̄n
laçarum suscitauit iterum moriturū: Joh. xi. c. Tertio notatur
in fratribus diuitis cōformitas culpę/ sicut nature: per hoc q̄
dicit: Habeo em̄ quinq² fratres. Ideo forsitan quinq² : q²
quinq² sensuum voluptatibus intendebant fratres eius/ sicut
ipse ꝓius. Sic mulier samaritana dicit se habuisse quinq² vi/
ros: Joh. iiii. c. Et quidā alius emisse quinq² iuga boū. Luc. xiiii.
d. Quarto notaꝰ: q² fratres diuitis nondū emancipati erant a
patre iniquo: p hoc q̄ dicit: In domo patris mei. Et quō
mitteret abrāā ad tales seruū dñi: qui nō recipit nisi derelictos

Dū. 26. L

a patre? Unde Dñs. Pater meus t mater mea dereliquerunt
me: dñs aūt assumpsit me. Quinto notaꝰ diuitis fatuitas: qui
non putabat eos soze socios in pena: qui fuerāt socij in culpa.
Sicut em̄ socij passionū sunt. q² socij cōsolationū: vt dicit apo/
stolus. ij. Cor. i. b. sic socij culpę ꝓm iusticiā dei erunt socij pe/
ne. Eccl. xiij. c. Om
nis caro ad similem
sibi cōiungek. Secto
notaꝰ tuno: seruitis
adhuc esse in diuite:
non em̄ dicit vt teste/
tur illis ne peccēt vel
vt pniteant: sed/ vt
testetur illis: ne et
ipsi veniant in lo/
cum tormentoz.

f mittās eum in domū patris
mei. Habeo eni quinq² fra/
tres: vt testeꝰ illis/ ne et ipsi
veniāt in hūc locū tormēto/
rū. Et ait illi abrāam: Hā
bent moysen et ꝓphetas:

Bene dicit locū tor/
mentoz: Ubi em̄ omnia genera tormentoz sunt congregata:
sicut aque maris in alueo suo. Eccs. i. b. Oia flumina intrant
in mare. Septimo notaꝰ cumulus supplicij: p hoc idē: Nouū
enim genus tormenti est solliciti esse de parentibus suis. Ūñ
ꝗter ꝓpria tormēta dupliciter torquebat diues: t q² videbat
laçarū in gloria quē male desperit: t q² timebat de supplicio
fratrū quos male amauit. Ifiam pena portabāt secū in infer/
no p̄clari. s. sollicitudine parentū quos male amant. Grego⁹.
vt peccatores in supplicijs amplius torqueantur/ t ex hoc vide/
bunt gloriam quos contēpserunt/t de illoz pena torquebun/
tur quos inutiliter amauerunt. Sequit de responsione abrāę.
g ¶ Et ait illi abraam tē. In qua primū notaꝰ mansuetu/
do sua. Non em̄ respōdit sicut iratus: noli mihi molestus esse:
sz vrens mansuetudine sua docuit quid deberēt facere dicens:
b Habent moysen t ꝓphetas/audiant illos. Nam
moyses docet moralia q̄ sunt facienda: prophetę tradunt my/
stica que sunt intelligēda. Per hoc idem notaꝰ cōmendatio t
concordia legis t ꝓpheţe. Unde t in transfiguratione domi/
ni sociantur moyses t helias: Matth. xvii. a. Sed adduntur
petrus/iacobus t iohannes: vt significetur noui t veteris te/
stamenti concordia. Item audit moysen: qui implet manda/
ta. Audit prophetas: qui credit ꝓnunciata. Qui autem no/
lunt audire/nec eozum oratio audietur. Prouer. xxviii. b. Qui
declinat aurē suā ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis.

D

¶ Et ille dixit: nō
✳ a ¶ Et in his oīb⁹ magnū chaos firmatū ē inter
nos t vos. i. magna distantia ꝓmioz iuxta distantiā meri/
torum. Diues/quia de bonis dñi supbiuit/demersus est in in/
fernū: Laçarus vo quia de peccatis suis humiliter pnituit/
sublimatus est in cęlum. Job. xxviii. a. Lapidē caliginis t vm
bram mortis. i. reprobos/i peccatis induratos: diuidit torres
pnitētię vel diuine sententię/a pplo peregrināte. i. ab electis:
qui se reputāt pegrinos in mundo. Ūñ. ii. Cor. v. b. Quādiu
sumus in hoc corpe tē. Deb. xiii. c. Non habem⁹ hic manen/
tem tē. Bene dicit: Firmatum est vt hi qui volunt tē.
q² nō possunt post mortē merita pmutari. d ¶ Et ait: Ro/
go ergo te pater tē. Diues depauperatus ꝑ̄s vocauit abrāā
patrē: Hunc dicit se habere fratres in domo patris sui. In q̄
ostendit peccatoz duos habere patres. s. deū qui est pater om
niū ꝑm generationē nature: ad quē quotidie clamamus: Pa/
ter noster qui es in cęlis: Matth. vi. b. Et diabolū qui est pa/
ter maloz ꝑm generationem culpę. Unde Joh. viii. f. Vos ex
patre diabolo estis. Omnes igit boni sunt tñ de vna domo/
t vnius patris. s. dei: t oēs mali sunt de duabus domibus et
duoz patrū. Sunt em̄ de domo dei patris/cuius sunt filij ꝑm
naturā: non ꝑm imitationē. Sunt etiā de domo diaboli/ cui⁹
sunt filij ꝑm imitationē/non ꝑm naturam. Et in vtraq³ domo
habet diues iste fratres multos. Oēs em̄ boni q̄ sūt in domo
dei/fratres eius sunt ꝑm naturā. Item oēs mali qui sunt in do
mo diaboli/fratres eius sūt. i. similes in culpa. Eccl. xxiiij. d.
Qui effundit sanguinē t qui fraudē facit mercēnario/ fratres
sunt. Sz cū plurimi sint fratres in hac domo: q̄re dicit q̄nq²?
Forte ad inuendū q̄ ab oībus miscdię diminuti sunt q̄ p se/
nariū designāt: Matth. xxv. c. Uel ideo quinq²: q² voluptati
quinq² sensuū dediti sunt sicut ipe. g ¶ Et ait illi abraam/
habēt moysen t ꝓphetas/audiāt illos. Lex moysi dat
sicepta t ꝓhibitiones: ꝓphe facūt ꝓmissiones t cōminatio/
nes. Igit audire moysen/est seruare mādata legis t ꝓhibiti/
ones cauere: Audire ꝓpheras/est timere cōminationes t am/
plecti ꝓmissiones. Sic dñs discipulis eūtib⁹ in emaus inter/
pretabaꝰ scripturas: incipiēs a moyse t ꝓphetis. s. vlt. d.

Mystice

D 3 ✳ Et ille dixit:

Universidad de Deusto
Biblioteca



E ℣ a ¶At ille dixit: Non pater abraam: sed si ꝙs ex mortuis ierit ad eos/pēnitentiam agent. Iste diues ex ingenio suo alios iudicat/recolēs qꝫ dū viuit noluit audire moysen ⁊ ꝓphas: ⁊ putat frēs suos esse sīr obstinatos. Item notāt in hoc stulticia diuitis ⁊ omniū mundanoꝝ. Putāt esse plus esse credendū mortuis ꝙ̄ viuis/vel ꝙ̄ scripturis: illōs fauī/ꝙ̄ ꝑ phyto/nissam petūt suscitari samuelē a ꝙ̄ reqreret fitatē.j.Regū.xxviii. b.Cōtra illōs Esa.viij. d. Mundū nō ꝑpls a deo suo reqret visiōnē ꝑ viuis ⁊ mortuis ⁊c. b ¶Ait autez illi: Si moysen et ꝓphetas nō audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent.

a audiant illos. At illē dixit: Nō ꝑ abraā: sz si ꝙs ex mortuis ierit ad eos pēnitentiaz b agent. Ait aūt illi: Si moysen ⁊ ꝓphetas nō audiūt: neq; si ꝙs ex mortuis resurrexerit credent.

Ca. XVII

Per locū a maiori terminat abraā risiōnē: qz maior ē auctoritas moysi ⁊ ꝓphaz/ꝙ̄ aliquis mortuus ⁊ ideo si illos nō audiunt: nec mortuū. Et ꝙ vez dixerit abraā/patet: qz aliqs ex mortuis imo ꝑmogenitus mortuoꝝ. i. christus resurrexit/⁊ cū nō ē creditū ei. Ūñ Chrysostomus. Christus a mortuis resurrexit ⁊ ꝙ̄ mala in inferno erāt nūciauit. Defecēdit ⁊ de cęlo ⁊ ꝙ̄ bona ibi erāt ꝑdicauit/nec ē creditū ei. Introducit etiā mortuus loquēs: Eccl.xxxviii.c. Memor esto iudicij mei/sic erit ⁊ tuum: mihi heri ⁊ tibi hodie. Marrant etiā mortui apparuisse ꝗbusdā dño faciēte. Ut magro selloni apparuit ꝗdā discipulus suꝰ idutꝰ capa de pergameno/exteriꝰ scripto ⁊ iteriꝰ ardētis: statim iuit ad religionē/dicēs: Linq croaz ranis/cras cozuis/vanaq; vanis: Ad logicā pergo: ꝙ̄ mortis nō timet ergo.

Moraliter ✳ a ¶At ille dixit: Nō pater abraam: sed si quis ⁊c. Duo genera ꝑdicatoꝝ distinguunt ꝫ. Quida sūt seculares in mūdo cōuersantes: ⁊ hi significant ꝑ moysen ⁊ ꝓphas. Sicut em ꝑ moysen mādata ⁊ ꝓhibitiōes/⁊ ꝑ ꝓphas cōminatiōes ⁊ ꝓmissiōes significant: ita ⁊ illi ꝙ̄ ꝑdicāt ⁊ docēt ista. Alij sunt religiosi claustrali lege viuētes: ⁊ hi significant ꝑ mortuos. Prio misit deus moysen ⁊ ꝓphas. i. seculares ꝑdicatores. Sz mūdus nō credidit eis: dicēs se potꝰ velle credere factis ꝙ̄ verbis: ⁊ nolle audire ꝑdicatores ꝙ̄ nō faciūt ꝙ̄ docēt: nō attēdēs ꝙ̄ dño dixit/Matth.xxiii.a. Sup cathedrā ⁊c. Volēs ꝙ̄ tollere oēz excusationē ⁊ occasionē murmurādi/misit postea mortuos. i. frēs minores: ⁊ frēs ꝑdicatores: ꝙ̄ sūt mortui mundo. Ūñ Col.iij.a. Mortui estis ⁊ vita vꝝ abscōdita ē cū christo in deo. Hos petūt mūdus: ⁊ ꝫ ē ꝙ̄ dicit: Non pater abraā sed si quis ex mortuis ierit ad eos pēnitentiā agent. Sz qz mūdus etiā ꝑ istos mortuos parum ꝓficit: ideo sequit:

Ait autem illi/ abraā.ſ. Si moysen ⁊ ꝓphetas non audiūt ⁊c. Et hoc ē ꝙ̄ dicit Matth.xi.c. Venit filius hois mā ducās ⁊ bibēs/⁊ dicūt: ecce hō vorax ⁊ potator/ vini: Hoc ē ꝙ̄ diues nō vult audire moysē ⁊ ꝓphas. Itē venit iohes nō mā ducās neq; bibēs/⁊ dicūt: dęmoniū habet. Per quē iohānē significant illi mortui. Ūñ oēs cōiē dicūt: Dñe ꝙs credidit auditui nr̄o. q. d. nullus vl rarus: Esa.liij.a.

Expo. La. XVII.

c a Tad discipulos suos ait ⁊c. Dñs disputans de auaritia phariseoꝝ ⁊ de pecunia erogāda paupibus/ ꝑdicauit eis cōtemptū terreno: Pharisei aūt ꝙs dominus tagebat irridebāt eū/ex eo sumētes occasionē irrisiōis: qz lex obseruatoribus suis diuitias ꝓmittebat: ꝙs ipe despiciēdas esse docebat: ꝙ̄si dicerēt: qñāde; lex ita magnificat tempales diuitias/vt eas obseruatoribus suis ꝓ mercede ꝓmittat: ꝙ̄ tu arguēdus es/ꝙ̄ ita vilipēdis eas. Intrā aūt irridebāt cū vt quida de pusillis ꝙ̄ aderāt scādaliçarent/⁊ ꝑba eius vilipēderent/⁊ ita mortaliter peccabāt. Cū em audimus aliquē nobis aliq; ꝑdicārē/⁊ videmus doctores ꝙs arbitramur peritos/doctrinā eius irridere ⁊ parui ꝑpendere: statī doctrina eius in negligentiā cadit. Videꝫ ꝫ dñs pusillos scādaliçatos irrisiōe phariseoꝝ/impcat vę eternū phariseis/loquēs specialiē apostolis. Ideo aūt specialiē dirigit sermonē ad apłos loquēs de scādalo infirmoꝝ/vt ꝙ̄si tacite exhortet eos ad fortiter scādala fugiēnda. q. d. ꝓmittite infirmos scādaliçari: vos aūt ne hmōi irrisiōibus blasphemārū moueamini: ꝙs vobis incūbit tolerare: qz impossibile ē ne veniāt scādala. Dicit aūt istud caplm in ler ptes. In ꝓma impcat dñs vę phariseis pusillos scādaliçātibus. In ſecūda ostdit quō pōt scādalū euitari/ibi: Si peccauerit in te ⁊c. In tertia ptē: qz dicerat. ō. Qui fidelis ē in mīmo ⁊ i maiori fidelis erit: ⁊ apli in mīmo iā fuerāt fideles: id est in ꝓtemptu terrenoꝝ: ideo postulāt sibi fidē augeri: vt in maiori fideles inueniant: ⁊ dñs determinat ꝙ̄lē fidē debeāt habere/ibi: Et dixerūt apostoli. In ſrta monet ne ꝙs de ꝙ̄ibus suis gloriet/ibi: Quis autem vestrū: ⁊ ita inuitat ad hūilitatē ꝑ quā fides augef. In ſnta regꝫ hēdit ingratitudo nouē leprozorū: ꝙ̄ sanati nullas ḡras retulerūt/ibi: Et factū est dū irent. In ſexta determinat diē secundi aduētus oībus esse īcertuz: ⁊ ꝙ̄lis sit futurus ſtatus dominū oñdit/ibi: Interrogatus autem. Dicit ergo:

b ℣e aūt illi ꝑ quē vēīt. Utilius ē illi si lapis molarꝭ iponat circa collū eiꝰ: ⁊ ꝓiciat i f mare: ꝙ̄ vt scādaliçetur ynū de

Matth.18.a
Marci.9.f.

c ¶Et ad discipulos suos ait: Impossibile est. Chrysostomus. Insuseptibile. Vt non veniant scandala. Beda. i. offendicula. Chrysostomus. Si oēs correcti essent: nūq; nō argueret sermo ꝫ. Meq; ꝙ̄: neq; em dictus esset. Chrysostomus. Quid sūt scādala? Prohibitiōes recte vię ⁊c. Et. ſ. Nō qz ꝺixit ꝫ fit: sz qz futuꝝ erat esse ꝓpē hoc ꝺixit. Nūeri.xxij. Glo. Origen. Scādalū ē vbi recte ambulāti deceptio ad peccandū subiūcit. Et. ſ. Lōge grauius ē causaz pcti ꝑbere ꝙ̄ peccare. Matth.xviii.a. Necesse ē vt veniāt scādala. j. Cor. xi. d. Necesse ē ḥereses fieri: vt ꝙ̄ ꝑbati sūt ⁊c. d ¶Ve autez illi. Nota ꝙ̄ scalō vel scādalō grece/latine dicit/vl obex ad quē offendimus in via nō ꝓiudicētes pedibus nr̄is/vel lęsio ipa ꝙ̄ in offendēdo lędimur/vel ruina ipa. Ūñ vsus: Scādalō ęquocū/obex ipactio casus. Hic aūt accipit ꝓ ruina vl casu: vbi dicit: Ve autem illi per quem scandala veniunt: id ē vę illi ꝙ̄ primū in mortale peccatū ruere facit. Si ꝙs em ꝓimum faciat venialiē peccare/nō ꝓpē hoc minaī ei dñs vę eternum. Hieronymus. Sicut ignē calere/niuē ꝺo frigere: ita necesse ē vt iniqtas erroribus plena scandala pariat: ꝓfectoꝝ ꝺo charitas pietatis oģibus luceat. Verumtn qz nulla necessitas cogit būana corda esse iniq: ꝙ̄ em qz iniq sūt/scādala mouēt: ideo vę illi cuius vitio veniūt. Chrysostomus. Venire qdē scādala necesse ē: perire aūt nō est necesse: sicut si dicat medicus. Sequit:

Versus

Ib

c ¶Utilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius et proiciat in mare ⁊c. Nota qz lapis molaris nō hic ꝓ mola accipit: sz ꝓ alibet grādi lapide: ⁊ ſignificat hic compatiuū idē qꝺ positiuū sui. Sru/cū minus aduerbio. Et loquit iurta morē palestine regiōis: in ꝙ̄ affligebat hęc pęna parricidaꝝ: vel qbuslibet facinoꝛosis. Nō em talis pęna infligebat nisi ꝓpē facinoza. i. ꝓpter grauioza scelera: ꝙ̄ nō esset fas dicere vl cogitare. Et erit sermo de innocēti: ꝙ̄si minus inutile esset innocēti homini pęnā subire ⁊ ita obire ꝙ̄ fratrē scādalo mortē ętnā mereri. Beda. Lapis. Scōm ritū ꝓuincię vbi erat ista pęna crimiū: vt ligato saxo in ꝓfundū demergerēt. Et vere ē vtilius innoxiū grauissima pęna vitā finire: ꝙ̄ lędendo fratrē mortē mereri ꝑpetuā. Alia Glo. Bede. Utilius ē illi. i. multo melius ꝓ culpa breuē recipe pęnā: ꝙ̄ ętnis cruciatibus seruari: ꝙ̄si vtilius ē alicui subire tempalē pęnā sufficiētē ad delendā culpā: ꝙ̄ ꝓ scādalo fratris releuari ad ęternam pęnā. Et ponit compatiuū electiue/nō sicut ꝑus: ꝙ̄si hoc ē vtile siue bonū/illud nō. Chrysostomus. Si natura esset mala/superflua esset custodia.

Deus de correctiõe

f ¶Qui vt scandalizet unum de pusillis istis. Beda. Magnus em moueri nō pōt: id est qui magnifici animi est/⁊ robustus deficili nō mouet. Itē: Utilius ē ⁊c. Scōm Hilariū sensus ē. Melius eēt christiano ꝙ̄ cuius scādalū fratres sui vel subditi sibi pereūt/si paganus esset: qz nō tātā pęnā pagani patiunt in inferno/ꝙ̄tā falsi christiāni. Roma. xiiij. d. Malū ē homini ꝙ̄ offendiculū māducat: bonū est nō māducare carnē ⁊ nō bibere vinū: neq; in quo frater tuus offendit aut scādaliçat aut infirmat. Glo. Offendit qui a fide discedit: scandaliçat qui trillat: infirmat ꝙ̄ dubitare incipit. j. Corinth. viij. d. Si esca scādaliçat fratrē meū: nō mādcabo carnes in ęternū. Chrysostomus. Si mēbra abscidimus cū incurabilit sc habuerint ⁊ reliq̄ obfuerint: multo magis in amicis ꝫ facere oportet. Chrysostomus. Nihil ita nocuū ē vt cōuersari cū gnticosis. Itē Beda. Nota ꝙ̄ inq̄tū sine peccato potes vitare scādalū ꝓrimi/debes: ꝙ̄ si de veritate est/ꝓ scādalis veritas relinq̄ nō debet. Sensus est: dño expōsse ostēdit ꝙ̄ mortale sit scādaliçare ꝓximū. i. ei ꝑbere occasionē ruinę: id est mortalis peccati. Ergo ſtimope vitandū est scādalū ꝓximi/mq̄tū sine pcto pōt vitari. Si em scādaliçaret

℣ ꝓximus ꝓ veritate



ret. Hiero⁹. i. vt manu ⁊ voce eis bñdiceret. Plota vero q̄ dominus trib⁹ modis tangit. Primo flagellādo. Job. xix. c. Miseremini mei ⁊c. Secundo interius cōsolando. Daniel. viij. e. Cū loquerer ad me. plapsus sum pronus in terrā: ⁊ tetigit me ⁊ statuit me i gradu meo. Tertio/bñficia p̄ferēdo. Gen. xxvij. c. Accede huc fili mi vt tangā te. Hoc puer⁹ credit marcialis vn⁹ fuisse. Sequit: b ¶Qđ cū viderēt discipuli/increpabant illos. Beda. Nō/quia nollent infantes manu et voce saluatoris benedici: sed q̄ putabāt eū importunitate offerentiū posse lassari. Unde videt innuere Beda/q̄ nō potest lassari dns. Cōtra Job. iiij. a. Jesus autē fatigat⁹ ex itinere sedebat. Sol. Fatigat⁹ fuit ⁊ lassus multoties: sed nō ad similitudinē hominū/quia illi necessitate: iste sola voluntate q̄ assumpsit talē naturā qua posset fatigari. Uel lassabat vt bō/nō vt deus. Scom Amb. et Bedā/apostoli videntes paruulos de gentib⁹ dño offerri/intelligebāt in hoc facto saluē gentiū p̄figurari. Increpabant ergo eos/q̄ idipsum ostēdentes/q̄ pmo vellent populū suum saluari: ⁊ postmodū gentem introduci: vtriusq̄ em̄ saluē optabant. Unde et pro muliere chananea orasse legunt/q̄ gentilis erat: Matth. xv. c. c ¶Jesus aūt conuocans illos dixit: Sinite pueros venire ad me.
f Prouerb. ix. a. Si q̄s est paruulus veniat ad me. Esa. vlt⁹. a. Ecl quē respiciā nisi ad pauperculū ⁊ contritū spiritu? Prouerb. iij. d. Noli ꝓhibere bñfacere eū qui pōt ⁊c. Btus Bern. Herodiana crudelitas ⁊ egyptiaca malicia est nascentē pl̄eq̄ saluatorē ⁊ allidere paruulos israel. d ¶Et nolite vetare eos. Aug⁹. Nemo ꝓhibeat languidos venire ad medicum. Chrys. Si sancti futuri sunt/q̄d vetatis filios ad patrē venire? Si peccatores futuri sunt/vt q̄d sententiā dānationis prōfertis anteq̄ culpā videatis? Quales modo sūt meū est: q̄les futuri sunt ipsoz est. Os meū est honorate: q̄s ipsoz erit mirerehimini. e ¶Taliū est enī regnū dei. Taliū. i. innocentiam puerilē imitantiū. Hiero⁹. Non ait/istoz: sed talium: vt ostendat nō ętatē sed mores regnare. q. d. humiliū est regnum cęlorū. Matth. v. a. Beati pauperes spiritu: q̄m ipsorum est regnū cęloz: Siue regnū cęlorū dicat gloria/siue gratia/siue sapiētia. Prouerb. xi. a. Ubi humilitas ibi sapiētia. Prouer. xxix. d. Humilē spiritu suscipiet gloria. Jaco. iiij. b. Deus superbis resistit: humilib⁹ aūt dat gratiā. Recte autē p pueros/humiles designant: quia sunt paucis cōtenti. Eccl. xxix. d. Initiū vitę hominis aqua ⁊ panis ⁊ vestimentū ⁊ domus protegens turpitudinē. Ité in imo seu in puluere sedent. Esa. xlvij. a. Descende sede in puluere. Item sine malicia sunt. j. Cor. xiij. d. Malicia paruuli estote. Ité simplices sunt. i. sine duplicitate. Prouer. iij. d. Cū simplicib⁹ sermocinatio eius. Sap. j. a. In simplicitate quęrite illū. Ité innocētes sunt. Job. xxij. d. Saluabit innocētes: saluabit aūt mūdicis manuū suarū. Ité verecundi sunt. Seneca. Verecūdia bonū in adolescente signum. Eccl. xxvj. c. Gratia super gratiam mulier sancta ⁊ pudorata. Ité sine sollicitudine sunt. Matth. vj. d. Ne solliciti sitis aīe vestrę quid manducetis. Item non seruant iram. Eph. iij. c. Sol nō occidat super iracundiam vestram. Item largi sunt. Prouerb. xxij. b. Victoriam ⁊ honorē acquirit qui libenē dat munera. Gal. ij. d. Tradidit semetipsum ꝓ me. Item veraces sunt. Apocal. xiij. a. In ozeipsoz nō est inuentū mendacium. Eph. iij. f. Deponentes omne mēdacium loquimini veritatem vnusquisq̄ cum prīmo suo. Item nō puder eos mendicare panem. Thes. iij. a. Paruuli petierunt panem ⁊c. Item casti sunt. j. Timoth. v. d. Teipsum castum custodi. Matth. xix. b.

Ꝓpriceta/tes pueroꝝ

Sunt eunuchi qui seipsos castrauerūt ꝓpter regnum cęlorū. G
Item sunt obedientes. Eph. vj. a. Filij obedientes estote parentibus vestris. Eccl. iij. a. Filij sapientię ecclesia iustorum: ⁊ natio illorum obedientia ⁊ dilectio. Item ꝓmissionibus hilarescunt. Numeri. xiij. c. Paruulos introducas in terram quę vobis displicuit. Ité amāt se mutuo. Eccl. xiij. c. Omne animal diligit sibi simile. Ité non confidunt in se. Mat. 19. b. Hiere. xvij. a. Male/dictus qui cōfidit in homine/⁊ ponit carnem brachiū sui. Item clamozē referunt ad parentes/vt vindicēt eos. Eccl. xxviij. a. Qui vindicari vult a domino inueniet vindictam. Item homines personatos ecclesiā nō intrabit in illud. Et in/
s
b terrogauit eum quidā prin/
i ceps/dicens: Magister bo/
k ne: q̄d faciēs vitā ętnā possidebo? Dixit autem ei iesus:
dico vobis: quicūq̄ nō accęperit regnum dei sicut puer/
a ¶Quid me dicis bonū? Nē/mo bon⁹ nisi sol⁹ deus. Mā/data tā nosti: Nō occides/nō mę chāberis/ nō furtū facies/ nō fālsum testimoniū dices/ hōnora patrē tuum ⁊ matrē. l ¶Hūc ait: Hęc oia custodiui a iuuētute mea. Quo audi/
n to iesus ait ei: Adhūc vnū ti
p bi deest: Oīnā quęcūq̄ ha/
q bes vende ⁊ da paupēribus:
s et habebis thesaurum in cę/
v lo: et veni sequere me. His
x illē auditis contristatus est:
y q̄a diues erat valde. Vi/
z dēns autem iesus illum tristē
Exo. 20. c
Mat. 19. c
Marci. 10. c.
Mat. 19. b.
Marci. 10. c.
14. q. 1. c. 1.
Mut. 19. c.
Pō. 33.
Pō. 50.
Alt. ¶ rapiūt
a ¶Quid me dicis bonū? Nēmo bon⁹ nisi sol⁹ deus. Mā/data tā nosti: Nō occides/nō mę chāberis/ nō furtū facies/ nō fālsum testimoniū dices/ hōnora patrē tuum ⁊ matrē. l ¶Hūc ait: Hęc oia custodiui a iuuētute mea. Quo audi/
n to iesus ait ei: Adhūc vnū ti
p bi deest: Oīnā quęcūq̄ ha/
q bes vende ⁊ da paupēribus:
s et habebis thesaurum in cę/
v lo: et veni sequere me. His
x illē auditis contristatus est:
y q̄a diues erat valde. Vi/
z dēns autem iesus illum tristē
Exo. 20. c
Mat. 19. c
Marci. 10. c.
14. q. 1. c. 1.
Mut. 19. c.
Pō. 33.
Pō. 50.
Alt. ¶ rapiūt



A S a ¶Quid me dicis bonū. i. quā rē bonā me dicis esse? q. d. nō sum talis bon⁹ vt putas/aliq̄s bon⁹ bō nō de⁹. In ꝑ ergo ꝓtra rei veritatē loquiē/appellans eū magistrū bonū ⁊ nō deū: q̄ magistrū bonū dicit/putas eū purū boiem ee: Ideoq̄ dns arguit eū dicēs: Quid me dicis bonū: cū/nemo bonus/sit/ nisi solus de⁹. i. nisi sol⁹ homo deus: vt. s. p nemo excludāt soli boies/nō angeli. Solus nāq̄ deus vere bon⁹ est. i. christ⁹ sol⁹ a cōceptione immunis a pcō. Ita arguit eū dns: q̄ loquit cōtra rei veritatē. Et ꝑm ꝑ iste potest eē sensus: Quid. i. cur/ b ¶Me dicis bonū/cū nō credis esse deū? De ꝑ ꝙ arguit eū: q̄ nō credit eū esse deū. Matth. xix. c. dicit dns rñdisse. Quid me interrogas ō bono. Et verūq̄ rñdit dns/vt dicit Aug⁹ de cōcor. euāg⁹. vt alterū referat ad illud. Quid boni facia: alterū ad illō: Magister bone. Uel sic: Quid. i. cur/
Pō. 33. me dicis bonū/quē non vis imitari in bono: vel quē bonū sentire nō potes: q. d. bon⁹ fu: fz nō tibi: q̄ nō sentis. Pō. Gustate ⁊ videte q̄m suauis est dns. i. dulcis. j. Petri. ij. a. Jn eo crescatis in salutē: si tū gustastis q̄m dulcis ē dns. Et ꝑm hūc sensum loquit ꝫ loquēdi ꝓsuetudinē. q. d. dns: q̄d me dicis bonū/cū nō sim tibi. Mā ꝑm loquēdi vsū nō ꝓsueui⁹ dicere bonū vel malū/nisi in respectu. Tm̄ dicim⁹: q̄ pena eterna mala est: q̄ mala patiētib⁹ licet i se bona. Et ꝑm hāc exposition⁹ erit hoc solū de reph̄sione. a ¶Quid me dicis bonū: nec q̄s sequit annectet/sicut pr⁹. Nō resume ꝑm Bedā. Et interrogauit ⁊c. Reddit cām Beda in Glo. ꝙre quęsierit iste. Et est sūma: q̄ dns locut⁹ fuerat pabolice dicēs: Quicūq̄ nō accęperit regnū dei sicut puer ⁊c. Iste aūt ex simplicitate nō intellexerat: ideo q̄rit a gte sibi dici: Magister bone/q̄d faciēs vitā ętnā possidebo? Nō dicit/q̄d dicēs vel q̄d audiēs: fz q̄d faciēs vitā ętnā possidebo: q̄ nō audiēdo vel loquēdo fz magī faciēdo acq̄rit regnū cęlorū. Job. vj. d. Quid faciem⁹ vt opemur opa dei bona. Jaco. j. d. Nō auditores verbi fz factores. Roma. ij. b. Non em̄ auditores legis iusti sūt apud deum. Matth. xix. c. Nosti mandata: hęc fac ⁊ vives.
B Quid me dicis bonū. Arguit eū: q̄ nō confitē eū deū vel dei filiū: non q̄ dicit eū bonū magistrū. Un Joh. xiij. b. Vos vocat⁹ me magister ⁊c. Sequit: c ¶Nemo bon⁹/ essentialiter/vel ex se/vel effectiue/vel pfecte: d ¶Nisi solus de⁹: q̄ essentialiter ⁊ ex se bon⁹ est: q̄ sua bonitas est sua essentia/ ⁊ nō ab alio habet bonitatē: fz alii ab eo: ⁊ ideo ex se ⁊ effectiue bon⁹ est ⁊ nō alii. Ité nihil mali vel defect⁹ aut diminutiōis est in ipso: ⁊ ideo pfecte bon⁹ est: oīs aūt creatura impfectionē habet ⁊ diminutionē: quare patet q̄ solus de⁹ bon⁹ est/ vt dicim⁹: essentialiter/ex se/effectiue/pfecte: ⁊ omne bonū ab ipso solo est tāq̄ riuulus a fonte. Jaco. i. c. Omne datū optimū ⁊ omne donū pfectū desursum est descēdens a patre luminū.
c ¶Mandata nosti. Enūciatiue ⁊ interrogatiue pōt legi. De notitia mādatoꝝ quērit dns: vt satisfaciat interrogatiōi illi⁹ qua interrogauerat: Quid faciēs vitā ętnā possidebo? q. d. noticia ⁊ obseruātia mādatoꝝ ducit ad vitā ętnā. Unde. s. p. e. Hoc fac ⁊ vives. Prouer. iij. a. Custodi ꝓcepta mea ⁊ vives. Et. j. c. Custodi ea in medio cordis tui: vita enī sūt inuenientib⁹ ea/ ⁊ vniuersę carni sanitas. Hoc nesciuit hippocrates. Esa. lviij. a. Scire vias meas volūt q̄si gens q̄ iusticiā fecerit. Jn ꝑ etiā q̄ quērit. Multi mādata/innuit q̄ debemus magis studere ad notitiā mādatoꝝ ꝙm aliorū ꝙ nō sūt tā necessaria ad salutē. Eccl. iij. c. Altioza te ne quęsieris ⁊ fortioza te ne scruteris: fz q̄ ꝓcepit deus cogita illa semp. f ¶Nō occides: manu vel mente vel bñficij subtractione. Aug⁹. Pasce fame moriētē: q̄ si nō pauperis occidisti. g ¶Nō mechaberis/effecu vel affectu. Matth. v. d. Dictū est antiq̄s: Nō mechaberis: ego aūt ⁊c. h ¶Nō furtū facies: rē alienā iniuriose cōtrectādo/nō parcēdo occulte subtrahēdo. Prouer. xxviij. d. Qui subtrahit aliquid a patre suo vel a matre ⁊c. i ¶Nō fālsum testimoniū dices. Prouer. xix. b. Falsus testis nō erit impunit⁹. k ¶Honora patrē tuū ⁊ matrē. q. d. nosti hęc mandata: Uel remittue: Honora patrē tuū ⁊ matrē: reuerēdo/obediēdo/ subueniendo. Eccl. iij. a. Qui honorat patrē suū/vita viuet longioze: ⁊ q̄ obedit patri refrigerabit matrē. Ité eccl. b. Qui timet dm̄ honorat parētes: ⁊ quasi dominis seruiet his q̄ se genuerūt. Amb. Prim⁹ gradus pietatis est iste: Mā bos auctoꝝes tibi voluit esse de⁹: honora obsequijs/abstinecas a ꝓtumelijs: q̄ nec vultu legenda ē pietas parētum. Est aūt honor nō solum honorificētię/fz ⁊ largitatis: querit quare nō bic ponit tria mādata ꝓime tabulę. Ité quare nō duo vltima de ꝓcupiscētia. Ité quare cōuerso ordine ponit bic q̄nq̄: q̄ prīmū ō secūda tabula est: Honora patrē ⁊c. Ad ꝓmū dic/ q̄ dns rñdet ad iterrogata gręc⁹. Quid faciēdo ⁊c. nō dicit/q̄d credēdo: tria aūt ꝓxima mādata plus sūt ad fidē q̄ ad opa. Preterea/vt dicit Matth⁹. xix. c. iste adolescēs erat/vñ instruēdus erat i actiua. Ad secūdū/q̄ duo vltima cōphēdit sub secūdo ⁊ tertio posito. s. Nō mechabe/ris: nō furtū facies ⁊c. q̄ ia exposuerat/ Matth. v. c. Qui viderit mulierē ⁊c. Ad tertiū/q̄ lex vetus finaliter erat ad cobibendū manū seruoꝝ: noua ꝓncipaliter ad informādū animū ⁊ manū filioꝝ: ⁊ ideo hic vltimo ponit affirmatiua mādata: q̄ ⁊ matth⁹ ponit vltimo hoc: Dilige ꝓximum tuū ⁊c. Et sic sit Tob. iij. c. Nō ab alio oderis fieri ⁊c. vt Matth. vij. b. Omia ꝙcūq̄ vultis ⁊c. l ¶Qui ait: hęc oia custodiui a iuuētute mea. Hiero⁹. Hēresi: Si em̄ ꝓximū suū diligeret sicut seipm̄/non esset tristis cuz sua pauperibus dare iuberet. Chrys. Matiuitas iudaici ꝓpłetię tus de egypto: inuētus ex tpe moysin in Pō. De⁹ docuisti me a iuuētute ⁊ vsq̄ nūc. i. tpe regū: et vsq̄ ad senectā. Et infra: donec ānūcie brachiū tuū. i. christū.
m ¶Quo audito. i. eius reph̄sione acceꝑta. n ¶Jesus ait ei. Jesū cognue nosti/nō dm̄: q̄ saluare vult. o ¶Adhuc vnū tibi deest. Glo. Ad ꝓfectionē. Et distinguūt q̄dā hic ꝓfectionē. i. q̄ cogruit ꝓfectiuis ⁊ claustralib⁹: ⁊ de hac dicit hic: Sz ꝑfectis cōgruit aliam ꝓ ouib⁹ ponere in articulo necessitatis: diaconib⁹ ⁊ sacerdotib⁹ q̄ nō fūr ꝑfect⁹/cōgruit cōtinētia: cōiugatis habere vitā in patiētia ⁊ mortē i desiderio. Sz reuera sūma ē ꝓfectio/relinq̄re oia. Tm̄ dicit: p ¶Oia ꝙcūq̄ habes: non parcē. q ¶Vende ⁊ da pauperib⁹. Da gratis/libere/libenter: nō vende/nō tarda/ nō tristare. ij. Cor. ix. b. Unusq̄sq̄ ꝓut destinauit in corde suo: nō ex tristicia aut ex necessitate: Hilarē em̄ datorē diligit de⁹. r ¶Pauperib⁹: nō diuitib⁹. Esa. lviij. c. Frange esurienti panē tuū. s. riij. d. Cū fac⁹ ꝓuiniū: voca pauperes/debiles/claudos/cęcos: ⁊ beatus eris. s ¶Et/sic dādo: t ¶Habebis thesaurū in cęlo: nō in terra. Chrys. Quid terrę tradis aurū? Uidet ne tibi terra dignior? terrę dñatores? Matth. vj. c. Nolite thesauriçare vobis thesauros in terra/vbi erugo ⁊ tinea. i. fuldia ⁊ vanagloria demolit: Thesauriçate aūt vobis thesauros in cęlo: vbi ⁊c. Esa. xlv. a. Dabo tibi thesauros absconditos. Deut⁹. xxxiij. c. Qui fundatiōes mar⁹ quasi lac sugēt ⁊c. Job. xxij. d. Dabit ꝓ terra silicem ⁊ ꝓ silice torrentes aureos.
v ¶Et veni/credēdo/sequere me. Beda. Non sufficit relinquere sua nisi sequaē dm̄ imitādo. x ¶Quis auditis cōtristatus est. Beat⁹ Hilari⁹. Hęc est tristicia quę mortē operat. ij. Cozinth. vij. c. Hę sūt spinę ⁊ tribuli q̄ semē dei suffocauerūt: Matth. xiij. c. Leticia cordis ē bonā cōscię/tiā habere ad deū. Prouer. xv. b. Secura mens quasi iuge cōuiuiū ⁊c. Et quare tristis erat: y ¶Quia diues erat valde. Beda. Possidens cū amoze. Beda. Facilē saccultus cōtēnit q̄ volūtas. Multi em̄ diuitias relinquūt amoze dei/doletes tū ⁊ flētes: licet em̄ ꝑmū diligāt/seipsos iure magis diligūt: t ideo suis vsib⁹ diuitias ꝓtr⁹ cupiūt q̄ alijs: q̄bus tū totas distribuūt/monente deo quē sibi ꝓferūt. Sic martyres carnē suā nimirū quā diligūr inuiti martyrio tradūt: fz tñ ꝓpter dm̄ tradere nō dubiēt. Unde: Euntes ibāt ⁊ flebāt ⁊c.
z ¶Videns aūt iesus illū tristē factū/ex reph̄sione dm̄i/quā ēt q̄sierat: ⁊ vera ⁊ vtr⁹ erat. Sic multi cōtidie querūr alios ꝑ statu suo vel de vita: ⁊ cū dāt eis sanū ⁊ bonū cōsiliū cō tristant⁹ si nō placet. De q̄bus dicit salomon. Prouer. xviij. a. Non recipit stultus verba ꝓudentię/nisi ea dixeris q̄ versantur in corde suo. Chrys. dicit/q̄ iste adolescens significat lau/

Universidad de Deuto





E F datores sanctoꝝ/nō imitatores: Multi eñ cōmendāt vitam iustoꝝ/sz nolūt viuere sicut iusti. Sicut balaā/Pueri.xxiij.b. Moziat aīa mea morte iustoꝝ ꝛc. a ¶ Dixit/dominus.s.

b ¶ Q difficile ā pecunias habēt.i.cū amore possident ꝛ in eis cōfidūt. c ¶ In regnū dei intrabūt. Nec ipossibile/sed difficile ait:

Matth.19.c Marci.10.c. ąa difficulter diuitię cōtinunt. Et si licitū sit diuitias habere sz nō amare: tutius ē tñ et maiꝰ/nec habere nec amare. Beatus Bernā. Excusat se aliq̄ dicētes: Abrahā/Isaac/ꝛ iacob terrenas diuitias habuerūt: sufficit esse sicut illi fuerūt: Quid rndebimꝰ nouis imitatoribꝰ scīoꝝ veterū? Imponāt vitulos sup altare/et hircos imolēt: hoc eñ fecit abrahā ꝛ patres q̄bus meliores nō sumꝰ. Sz dicūt/ vbi reuelata ē veritas ista trāsiere. Quid igit si ipas tales diuitias vmbrā fuisse dicrimꝰ futuroꝝ? Deniq; q̄d nisi terrena possidēt q̄bus sola terrena ꝓmissa fūt: Beda. Difficile diuitię cōtinunt: sed de oibꝰ tutiꝰ est diuitias nec habere nec amare. Habere eñ piculosuꝝ ē: q̄ aditū regni reddit difficilē. Uñ ꝙ ōr: Q difficile ꝛc. Amare vō gnitiosū ē: q̄ aditū regni facit ipossibilē. Eccls.v.b. Qui amat diuitias fructum nō capiet ex eis.i. Timoth.vj.b. Qui volūt diuites fieri incidūt i laqueū diaboli. Habere igit ꝛ amare diuitias/malū est auarti: nō habere ꝛ amare/malū ē cupidi: habere ꝛ nō amare/bonū ē ꝙ secularib⁹ iustoꝝ: nō habere ꝛ nō amare/bonū ē ꝙ claustraliū pfectoꝝ. Sequit:

d ¶ Facilꝰ est camelū p foramen acus trāsire q̄ diuitē intrare in regnū dei. Hic/ facilꝰ/nō ponit cōparatiue ꝓprie: q̄ sic oporteret vt res posituī cōueniret vtriq; termino cōparationis/sed alteri magꝭ. Itē nō ponit electiue: q̄ sic oporteret vt res posituī remouerētur ab vno ꝛ poneret in alio. Ponit igit abusiue. Uñ sensus ē: Facilꝰ.i.minꝰ difficile.i.minꝰ ipossibile: Unū eñ ipossibile aliq̄n videt magꝭ ipossibile alio. Hoc eñ pōt rōne argui: vt cū magꝭ ipossibile sit hoiem asinū esse q̄ asinū esse equū: q̄ accōmodatioꝝ est natura asini cū q̄ natura hois asino. Itaq; cū ipossibile sit camelū trāsire p foramen acus: ꝛ ipossibile sit diuitē.i.amatoꝝ diuitiarū.i.cū amore diuitiarū in regnū dei intrare/magis ipossibile est hoc q̄ illud: q̄ illud pōt deꝰ facere nō lędędo iusticiā: ꝙ neq̄: imo nō pōt deus facere vt aliq̄s cū amore diuitiarū intret: q̄ ad ꝙ camelus intret p foramē acꝰ repugnat tñ natura: ad hoc aūt q̄ diues intret i regnū dei repugnat natura simul ꝛ iusticia ꝛ culpa. Uñ btus Bernā. Camelus vnū solū pondus habet: diues duo: vnū terrenarū possessionū: aliud pctoꝝ. Primū in morte deponit. Uñ Job.j.b. Nudus egressus sū de vtero matris meę ꝛ nudus reuertar illuc.j. Timothꝰ.vj.b. Nihil intulimꝰ in hūc mūdū haud dubiū q̄ nec auferre q̄d possumꝰ. Eccls.v.c. Diuitię cōseruate in malum dñi sui: pereūt eñ in afflictione pessima. Sicut egressus ē nudus de vtero matris sue: sic ꝛ reuertet ꝛ nihil auferet secū de laboꝛe suo. Exēplū de magno saladino. Aliud pondus velit nolit moriēs retinet: nisi ante mortē depositū fuerit p confessionē. Uñ Deb.xij.a. Deponētes omne pōdus ꝛ circūstās nos pctm̄ p patiētiā curram̄ ad ꝓpositū nobis certamē. Eccj. xvij.c. Ante mortē ꝙfitere: a mortuo eñ q̄si nihil perit ꝙfessio. Uerūm hoc exponit multipliciter. Est eñ acus instrumētū q̄ cōsuunt vestes. Sc̄m ꝫ sensus ē: Facilꝰ est ꝛc.i.minꝰ ipossibile: vt ꝙdictū ē. Et dicit Beda rōnē in Glo. Qui multiplicandis diuitiis incūbunt/alteriꝰ vitę gaudia contēnūt. Gregoriꝰ. Tūc recte nos habuisse diuitias ostēdim̄/cum ablatas equo animo toleramus. Chryꝰ. Dicūt nobis christiani: si noluisset nos deꝰ habere diuitias/nō creasset eas. Sol. Creauit vt haberent/nō vt haberēt. Pā. Dormierūt somnū suū ꝛ nihil inuenerūt ꝛc. Chryꝰ. Dicūt nobis iudei/si voluisset deꝰ legē contemni: nō cum tanta diligētia tradidisset. Sol. Non vult contemni/sed intelligi spūaliter. Itē sicut dicūt quidā: ꝛ forte est verū/licet nō sit autenticū/ꝙ acus est quędā porta in hierusalē sic dicta ꝓpter paruitatē: ꝛ quia inferior erat oibus/non poterant p eā cameli trāsire nisi exonerati. Et si vera ē ista narratio tūc ꝓprie ponet/Facilꝰ. Et ē sensus: Facilꝰ ē camelū p foramen acus. i.p apertura illiꝰ portę/trāsire: q̄ diuitē intrare regnū dei. Facilꝰ dicit.i.minꝰ difficile/tñ possibile: q̄a camelus exonerat⁹ ꝛ inclinat⁹ poterat trāsire p illā portā: onerat⁹ nunq̄: Sic diues deposito a ꝫore diuitiarū ꝛ humiliat⁹ pōt intrare in regnū dei: aliter non. Et certe difficiliꝰ est diuitē deponere amoꝛe diuitiarū q̄ camelū exonerari. Item acus est christus: vt dicit Chryꝰ. Rectus vt acus: cuiꝰ prima ps subtilis est ꝛ acuta nō ꝓsozata sed ꝓsozans/ꝛ significat diuinitatē/ q̄ impassibilis ē: posteriꝰ pars grossa ē ꝛ ꝓsozata/ꝛ significat humanitatē q̄ passa est. Hęc acus resarciuit tunicā nr̄e mortalitatis/q̄ in adā scissa fuerat per pctm̄ ꝛ dirupta. Hęc acus consuit carnē spiritui et iudaicū pplm̄ gentilib⁹ ꝛ ruptā amicitiā angelorū ꝛ hoim̄ copulauit. Uñ Exo. xxvj. a. dicit ꝙ cortine tabernaculi facte erant opere plumario. i. acuali. Foramen huiꝰ acus est passio christi. Unde Cant.ij.d. Ueni colūba mea in foraminib⁹ petre. Hieremię.xlviij.c. Estote quasi columba nidificans in summo oꝛe foraminis. Et ꝑm hoc sensus est.

Matth.19.c Marci.10.d

b trare i regnū dei. Et dixērūt

i qui audiebant: Et q̄s pōtest

k saluus fieri? Ait illis: Quę

l impōssibilia sūt apud hoies/

m possibilia sunt apud deum.

d ¶ Facilius ē camelū: id est q̄libet se peccatis onustū reputantē. f ¶ Transire/ in vitā eternā. e ¶ Per foramen acus. i. per fidē ꝛ imitationem passionis christi. g ¶ Q diuitē. i. diuitius spūalibus se abundare reputantē: vel de tēporalibus superbientem/ intrare in regnū dei. Juxta hanc expositionē per camelum intelligit peccatoꝝ: quia ei conueniūt ꝓpietates camelī: quas ponit Chryꝰ. In camelo eñ gibbus videtur erectio/est autē depressio. ā. xiij. c. Qui se exaltat ꝛc. Item dorsum est sella/et sarcinā tenet. Pā. Supra dorsum meū fabricauerūt ꝛc. Item impossibile est collum erigere cū vult/sicut possunt cętera animalia prona. ā. xiij. b. Erat mulier quę habebat spiritū ꝛc. Itē impossibile ē erecto collo aspicere deoꝛsum ꝛc. Job.vj.c. Inuolute sunt. Itē crura corpus excędūt in longinquū: ꝛ ita peccatores maiora ꝓponunt q̄ sunt: ꝛ ita vt semp videantur esse maiores q̄ sunt. Matth.xxiij.b. Uę pręgnantib⁹ ꝛc. Item semiplena est in eo mundicia quia ruminat: Leuit.xj.a. Job. xxxix.c. Terrā vngula fodit. Item pes mollis est ꝛ amplectit terrā/nō dissipat vt vngulata animalia sed concordat: et sic p camelū potest intelligi quilibet peccatoꝛ: sicut dictum est: vel specialiter gentilis populus. Camelus eñ habet media enormia ꝛ quandā gibbositatē/quę in gentili populo vitioꝝ exprimit enormitatē. Foramen acus/arta via quę ducit ad vitam. Unde ꝑm hoc est sensus:

Pā.128.

h

d ¶ Facilius ꝛc. id est facilius ē gentilem populū se humiliare ad aggrediendū viam vitę arduam ꝛ angustā/q̄ diuitem. i. iudeū de meritis gloriantē/vel diuitem/ꝓpter eloquia legis et ꝓphetarū/ad salutē habendā humiliari. Item camelus in bono potest accipi. Illud enim animal humiliat se ad onera portanda: ꝛ si ponat virgula supra genu eius/statim flectit genu. Camelus iste christus est/sponte humiliatus ad suscipienda onera nostra. Esa.liij.b. Uere languores nostros ipse tulit: ꝛ dolores nostros ipse portauit. Foramen acus est angustia crucis. Per acum eñ pungitiuā/ punctiones ꝛ aculei passionis exprimunt: per quam transiuit christus/vt nos transiremus post ipsum. Michęę.ij.d. Diuidet ꝛ transibunt per portā/ egredient per eam ꝛ transibit rex coram eis. Iuxta hoc sensus est: Facilius est ꝛc. id est facilius est christū pati q̄ diuitē cōuerti ad christū. Sequit:

Pā.75.

h ¶ Et dixerunt qui/hęc/audiebant/ admirantes et stupefacti:

i ¶ Et quis potest saluus fieri? Quia intelligunt dominum diuites appellare amantes diuitias: aliter scientes plures esse pauperes: ideo hic querunt: Quis potest ꝛc. cū fere omnes habent vel amant diuitias. Augustinus. Cum plures sint diuites q̄ pauperes: non hoc dixissent apostoli nisi in numero diuitum intellexissent cunctos qui diuitias adipisci volent.

k ¶ Ait illis: quę impossibilia sunt apud homines: vt scilicet per se a suis cupiditatibus diuites conuertantur.

l ¶ Impossibilia. Chryſostom⁹. Hoc dicit ve bonitatis illius inuestigabile/ pelagus humana ęstimatio nō apprehendat/ sed victa miretur.

m ¶ Possibilia sunt apud deum: cui nihil est impossibile. ā. j. d. Non erit impossibile apud deum omne verbū. Geñ. xviij. b. Nunquid deo quicq̄ est difficile? Sed obūcitur: Diuitē manentē diuitem saluari impossibile est apud deū ꝛ apud homines: diuisim vero possibile est ꝛ apud deum ꝛ apud homines. Solutio. Apud homines impossibile est vt diues pauper/ꝛ superbus humilis fiat: quia hō ꝑpūs est vadēs ꝛ nō rediens: sed apud deū nō est impossibile. Uñ Beda. A cupiditate frenoꝝ ad charitatē ęnoꝝ deus pōt conuertere/ꝛ superbos humiles facere: ꝛ sic potest diuites saluare nō manentes diuites/sed qui fuerunt diuites.

Pā.77.

F Ait autē petrus:

A F a ¶ Ait aūt petrus: ecce nos dimisim⁹ oīa. De diuitibus decerat dñs sentētiā: q̄ facilꝰ est camelū ꝑ foramē acus trāsire q̄ diuitiarū amatoꝛes regnū dei intrare. Petrus econtrario q̄ paup erat: nō de diuitib⁹ sz de pauperib⁹ vult audire sentētiā: vt in vtroq; i. in amatoꝛib⁹ diuitiarū ꝛ cōtēptoꝛibus earū audiamus sentētiā diuinā. Sz q̄ petrus querit sententiā circa paucos: q̄ tm̄ circa discipulos: ideo de oibus cōtēptoꝛibus diuitiarū ꝓ christo ꝓfert dñs sentētiā generalē: q̄ multo plura accipient in vita ꝫsenti ꝛ in futuro vitaꝫ eternam. Dicit ergo:

28.q.1.c.1.

a ¶ Ait aūt petr⁹: Ecce nos dimisim⁹ oīa et secuti sum⁹ te.

b ¶ Qui dixit eis. Amē dico vobis: nemo ꝛc. q. d. nō tm̄ de vobis aplis loquoꝛ/sed de omnibus: Quia

c ¶ Nemo est qui reliquit domū/aut parētes/aut frēs/aut vxoꝛ/aut filios/aut agros ꝓpter regnū dei/ꝛ nō recipiat multo plura in hoc tpe ꝛ in futuro vitā eternā. Multo plura. i. spiritualia: q̄ plura sunt terrenis/nō numero sz merito ꝛ dignitate. Est ergo sensus: Qui cū q̄ diuitias tales ꝛ affectus carnales ꝓpter me dimiserit/ multo plura recipiet in futuro ꝛ ctiā i ꝫsenti. In ꝫsenti quidē ꝓ vno fratre carnali relicto/recipiet multos fratres spirituales: qui verius diligūt q̄ carnales: q̄ longe amplioꝛ est copula animarū q̄ coꝛpoꝝ: vnde ꝛ liberius omnia sua sibi cōmuni cātꝛ ita ꝓ vna domo recipit multo plures: sicut patet in religiosis: quia oīa sunt iustoꝝ. Unde Aug⁹. Habe charitatem ꝛ oīa tua sunt. i. Corinth.iij.d. Omnia vestra sunt: vos autē christi. Itē in ꝫsenti recipit ꝓ tpalibus relictis ꝫgustatio futurę iocunditatis: quę in cętuplo plus valet q̄ sua tpalia. Unde Marci.x.d. ait: accipiet centies tātū nūc in tpe hoc. Et hoc est qđ dicit Geñ. xxvj.c. Seminauit isaac in terra illa ꝛ inuenit in ipso anno cętuplū: bñdixitq; ei deus ꝛ locupletatus est. Itē in futuro recipiet ꝫmiū glię: multo maius merito ꝛ melꝰ omni re tēporali. ā. vj. f. Uenlurā bonā ꝛ cōfertā ꝛ coagitatam ꝛ supefluentem dabūt in sinū vestrū. Chryꝰ. Pater diabolus: mater ignorantia: fratres ꝛ soꝛores socij ꝛ socię erroris hi relinquendi sunt: q̄ aliter nō habeꝫ vita eterna. Matth.x.d. Qui amat patrē ꝛ matrē plus q̄ me/nō ē me dignus. Itē Chryꝰ. Assidue diabolus ex semine interdicti errons generat filios ꝛ filias: ꝛ ita ager ꝓfessio aut dignitas vnde viuit. Sequit:

f ¶ Assumplit autē ꝛc. Quarta pars in qua offendik ꝑ quā viā venik ad regnū: q̄ in ꝫcedenti ostensum est quales ptineāt ad regnū. ā. pueri. i. innocentes. Dia igit ꝑ quā venik ad regnū est passio christi ꝑ quā ipse ascēdit. Unde. j. vlt⁹. d. Nōne oportuit christū pati ꝛc. Hoc autem est generale in omnibus euāgelistis/post miraculoꝝ magnificētiā passionis ignominiā/ꝛ post vite eterne gloriā supponere: q̄ fit ne discipuli subita christi ꝓsecutione visa/perturbati retro abirent. Et quia magis turbat doloꝛ inopinatus animū q̄ ꝓuisus: ꝛ ideo sępe eis ꝑdicit. Sed q̄ idipsū sępe diꝛerat generaliter discipulis: modo dicit specialiter duodecim quos elegerat tāq̄ secretarios.

L

Matth.20.c Marci.10.e.

Quare dñs aplis passionē secreto reuelauit

D

Perfectio multiplex

Pā.16.

Pā.138.

Dicit ergo: Assumpsit autē iesus. i. saluator/saluandi habens cōsuetudinē. g ¶ Duodecim/apostolos ꝑ quos vniuersitas saluandoꝝ designat/ꝓpter partes septenarij. i. tria ꝛ quattuoꝛ/et quibus surgūt duodecim/q̄bus dñs reuelat mysterium consilij sui: sicut dicit Job.xv.b. Jam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciet dominꝰ eius: vos autem dixi amicos: q̄ ꝛc. Unde sequit hic:

b ¶ Et ait illis/ secreto: vt dicit Matth.xx.c. Propter quattuoꝛ. Primo, ꝓpter vitandū scandalū pusillorū: q̄ de eius passione cito possent scandalizari sicut petrus qui audita eius passione dixit ei: Absit domine hoc a te: Matth.xvj.d. Secundo, ꝓpter exemplum: vt. s. tu venies ad claustrū nō multis reueles: sicut insalutato ꝛ ignoꝛāte laban iacob aufugit: Geñ.xxxj.c. Uñ Eccl.xxxvij. a. Noli consiliari cū socero tuo/ꝛ a ęlantibus te absconde cōsiliū: omnis ꝓsiliarius ꝓdit cōsiliū: sed est ꝓsiliarius in semetipso. De hoc dicit beatus Bernā. loquēs in ꝑsona mūdi. Noli inquit ꝫcipitanꝛ agere: diu cōsidera/diligenter intuere: magnū est qđ ꝓponis/ꝛ opus habens magna deliberatione: experire quid possis: amicos cōsule/ne post factum ꝓgnter cōtingat. Hęc e sapiētia mūdi/animalis/terrena/diabolica/ inimica salutis/suffocatrix vitę/mater tepiditatis/ eius. ſ. q̄ deo solet vomitū ꝓuocare. Cū eñ dei verbū esse nō dubites/ quid opus est deliberatiōe? Uocat magni cōsilij angelus: q̄d ergo adhuc consiliū ꝑtolaris? Quis eñ sapientioꝛ ꝛ fideliꝛ illoꝛ Eb oꝛe putei gehēne eripiꝛ ꝛ cōsilia petā? Amicos cōsulat: q̄ nō legit: Inimici hominis domestici eiꝰ: Michęę.vij.b. Certio ꝓpter documentū: vt. ſ. ostēdat q̄ nō sint passim omnibus reuelāda cōsilia. Uñ Eccl.vj.a. Multi pacifici sint tibi: ꝛ cōsiliarꝰ sit tibi vnꝰ de mille. Quarto, ꝓpter hypocrisim cōcinendam: q̄ cū vadit ad crucē nō secreto sz publice hoc cūctis ꝑdicat. Uñ Matth.vj.a. Cuz facis elemosynā ꝛc. In hoc etiā ꝙ duodecim tm̄ ꝑ dixit/notat ꝙ solūs ꝓfectis fūt pandēda secreta: Per duodecim eñ significat perfectio. Est autē multiplex perfectio. ſ. prelationis. Joh.xv.b. Maioꝛem hac dilectione nemo habet/q̄ vt aīam suā ponat q̄s ꝓ amicis suis. Joh.x. b. Bonus pastoꝛ animā suā ꝛc. Item ordinis. Exo.xxviij.g. Feminalia linea vt operiant carnem turpitudinis sue. Item ꝓfessionis. Deb.v.d. Perfectoꝝ est solidus cibus. j. Corinth.ij.b. Sapientiam loquimur inter perfectos. Itē securitatis. Phil.j.d. Cupio dissolui ꝛc. Prouer.xviij.a. Justus quasi leo cōfidens ꝛc. Item sufficientię. Matth.v.g. Estote perfecti sicut pater ꝛc. Pā. Perfice gressus meos in semitis tuis ꝛc. Item cognitionis. j. Corinth.xiij.c. Cum venerit qđ perfectum est ꝛc. Item cōparationis. Deb.vj.b. Hoc perfectus in generationibus suis. Item apḧensionis. Job.xj.b. Forsitan vestigia dei comꝑendes et vsq; ad perfectum omnipotentem reperies. Pā. Imperfectum meū viderunt oculi tui ꝛc. Item naturalis. Eccli.xxviij.c. Perfectus decore in delitijs paradisi dei fuisti. i ¶ Ecce/in ꝫsenti: contra differentes. Eccl.v.b. Moli tardare conuerti ad dominum/ et ne differas de die in diem. k ¶ Ascendimus/spontanei ꝛ sani: contra illos qui differunt pnitētiam vsq; ad mortē. Eccl. xxxix.a. Sapiens coꝛ suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominū qui fecit illū. Thes.ij.d. Bonū est viro cū portauerit iugū ꝛc. In libro Prosperi. Remedia cōuersionis ad deū nullis sunt cōtagionibus differēda/ne tēpus correctionis tarditate pereat: Qui eñ pnitentiā indulgentiā ꝓmisit/ dissimulāti die craſtinū nō spopondit. Chryꝰ. Ascendimus nō trahimur: nemo eñ vocat/nemo cōpellit. Igit cū videris eū in cruce pendentem/ne ęstimes purū hoiem: nā etsi posse mori ē hominis/tñ velle mori nō ē hois. Esa.liij.c. Oblat⁹ est qꝛ voluit.

E V a Hierosolymā: que locus est passionis: quā ꝓdicit/vt ex fidei ꝛia intelligat eē diuinitas: ⁊ minus timeat humana aduersitas. Chry�sost. Aduersitas ꝙ subito venit/nimiū grauis est: quā ꝙ cognoscim⁹ ⁊ expectamus/leuior inuenit. b C Et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Esa.l.c. Corpus meū dedi percutientibus. Hiere.xi.d. Ego quasi agn⁹ mansuetus qui portat ad victimā. Et arguunt hic hereticī dicentes/vetus testamentū datum esse a principe tenebrarum/iudicātes auctorē veteris testamenti seuerū/⁊ mosen sanguinarium/et christum contrariū legi ꝺdicasse: quia lex sine misericordia puniebat. Arguunt etiā pagani insultantes christianis/⁊ deum eorum de temeritate arguentes et si nō peccaret nō veniret in hierusalem vbi occisus est: quasi nō esset ꝓscius suę mortis. c C Tradetur enim/a iudeis: d C Gentibus/pilato. s. et ministris romanorū. Gen.xxxvii.f. Fratres ioseph tradiderunt cum ismaelitis. Et Judic'.xvj.c. Tro: sansonis. i. synagoga tradidit eū philistheis. e C Et illudet. Chry�sost. Deludunt verbū veritatis: qui simulant se sequi/⁊ de eo disputant sine timore dei: non ꝓposito inueniendę veritatis/sed studio subuertendi. Item Chry�sost. Traditus est christus a iudeis gentibus: ⁊ nunc etiā traditur ad deludendū: Christus eīm verbū est veritatis. Et qñ videꝭ scripturas ꝓphetarum et euangelij traditas in manus falsorū sacerdotū ⁊ scribarū/non intelligis quia verbū veritatis traditū est principib⁹ iniquis ⁊ scribis? Thren.iii.b. Factus sum in derisum tota die ⁊c. f C Et flagellabitur ⁊ conspuetur. Esa.l.c. Corpus meū dedi percutientibus ⁊ genas meas vellentibus: faciē meā non auerti ab increpantibus ⁊ conspuentib⁹ in me. Job.xxx.b. Longe fugerunt a me ⁊ faciē meā conspuere nō verenť. g C Et postq̄ flagellauerint occident eū. Chry�sost. Verbū veritatis ausi sunt interficere cruce verbi mendacis. h C Et tertia die resurget. Beda. Ut tam cito resurrectio euacuet scandalum crucis. Osee.vj.a. Viuificabit nos post duos dies ⁊ in tertia die suscitabit nos. i. suscitandos ostender ꝓ resurrectionē. De hac materia habeť Matth.xvj.c.xvij.b.xx.c. Marc'.viii.d. ix.b.x.c.ē.ix.c. et hic. Et nota quia dicunť hic quinq; illata domino a iudeis ꝙ vsq; hodie quasi continue inferunť eidem in membris suis. Tradit eīm/illuditur/flagellat/conspuit/occiditur: ⁊ hoc a summis sacerdotib⁹. Tradit vere gentib⁹ cum regnū ecclesię seu gregis dominici traditur pueris vel aperte malis. Unde conquerit dauid. Deus venerūt gentes in hereditatem tuā: polluerūt ⁊c. Et dñs ipse dicit: Traditus sum et nō egrediebar. Qui ꝙ tradiderunt/dicit ipse pilatus/Joh. xviii.f. Gens tua ⁊ pontifices tui tradiderūt te mihi. Postea illudit: quia populus traditus eruditione fraudat ⁊ decipit: nō solū ab hereticis qui intrant ecclesiā ꝓpter defectū ⁊ negligentiā ꝓlatorū/sed etiā ab ipsis ꝓlatis. Hiere.l.a. Stet ꝓditus factus est populus me⁹/ꝓstratores eorū seduxerūt eos. u. Pet. iii.a. Teneť in nouissimis diebus illusores iuxta ꝓpria concupiscentias ambulantes. Prouerb.iii.d. Illusores ipse deludet ⁊c. Deinde ꝙ flagellat dñs: quia populus angarijs ⁊ iniurijs opꝛimit vndiq;. Un Pś. Ego autē in flagella paratus sum. Et alibi. Et fui flagellat⁹ tota die ⁊c. Postea cōspunť: qz cultus eius vilipenditur: ⁊ cultores eius si qui boni sūt vbiq; confunduntur. Job.xxx.b. Faciē meā conspuere nō verentur. Ibi Glo. Faciē eius conspuere/est iustos etiā in ꝑsentia confutare: ⁊ in eorū cōtumelias verba fluxa quasi fluentes saliuas mittere. Et postmodū occidit: quia charitas populi per malā exemplū maioꝝ perditur ⁊ fides peruersa dogmate corrumpit. Deus autē charitas ē. i. Joh.iii.c. Et fides in corde tuo/christus est in corde tuo: ⁊ ita christus occidit eū charitas ⁊ fides in populo perdit. i C Et ipsi. s. apostoli. k C Nihil horū intellexerunt/nunc. Et assignat triplex causa in Glo. quare nō intellexerūt. Prima est: quia adeo tenerrime eū diligebant vt nec eorū aures mortē eius audire sustinerēt. Secūda: quia deum esse credebant: ⁊ ideo vix ꝓterant credere eū moriturū. Tertia: quia putabant eū loqui ꝓparabolice/iuxta morē regionis. l C Erat autē verbum istud absconditū ab eis/

Pś.78. Pś.87. Pś.37. Pś.72.

Mat.20.c Marci.10.e.

et nō intelligebant que dicebank. Ubicunq; eīm aliquid de sua passione loquebat dominus: ipsi putabant dictum alle gorice seu parabolice. Unde Beda. Que maxime videre desiderant: eius morte audire nō ꝓterant. Judei ꝺo bene intelligebant eū: quia hoc dicebat quod ipsi facere cogitabant. Sequitur: m C Factū est autem ⁊c. Hic ꝓtermittit lucas de petitione matris filiorū zebedei: q̄ putans dominū statim regnaturum in terra/petiit vt duo filii eius sederent iuxta ipsum: vnus ad dexteram et alius ad sinistram. Hoc autem habetur Matth.xx.c. et Marc'. x.c. Qui econtrario ꝓtermittunt ingressum domini in hiericho ⁊ cęci illuminationem et ꝓgressum per hiericho et zachei vocationem seu conuersionē/quod lucas hic deꝛminat. Ꝓtermittit autē lucas curationē duorum cęcorum in exitu de hiericho: quod matthęus et marcus ponunt. Marcus tamen de vno facit mentionē quia famosior erat. In canone tamen marcus et lucas conueniunt in illuminatione cęci. Sed hoc dicit ꝓpter similitudinē operis: non ꝓpter identitatē. Quare autem dominus venerit in hiericho/dicit Hieronymus: quia scz multi latrones erant in hiericho: qui homines descendentes a hierusalem in hiericho interficiebant vel vulnerabāt: ⁊ ideo dominus venit hiericho vt vulneratos sanaret et multam turbam secum traheret: quod ⁊ fecit/sicut narrat Matthęus. xx.d. et Marcus. x.g. Mystice: Per hiericho significatur mundus qui sicut luna mutatur. i. Cor'. vii.f. Ꝓterit figura huius mundi. Eccl̄. xxvij.b. Stultus vt luna mutatur: id est mūdus. Per cęcum significatur genus humanū: quod per peccatum ade vtrūq; oculum amisit/tacens in tenebris culpę ⁊ ignorantię. Jesus autem venit hiericho: quādo christus factus est homo. Et tunc cęcus illuminatus est: quia genus humanū fidei cognitionē recepit. Unde. s. ii.c. Nunc dimittis seruum tuū domine ⁊c. Et in hoc docuit dominus ꝓlatum descendere vsq; ad defectus et miserias sustinendas ꝓ salute infirmorum. Hoc autez notabile est ꝙ dominus in introitu hiericho vnum solum sanauit/in exitu ꝺo duos: quia plures post ascēsionem ⁊ egressum a mundo sanauit q̄m ante. Et hoc est quod dicit: Factum est autem cum approꝑinquaret hiericho/iesus scz: id est veniret in mundū in se humanos suscipiens defectꝰ: hoc enim sonat hiericho: id est luna: que semp est mutabilis. Sic ⁊ tu approꝑinqua hiericho: id est teipsum humilia/et annihila ꝓpter ipsū. Phil.ii.a. Hoc sentite in vobis quod ⁊ in christo iesu: qui cum ⁊c. n C Cęcus quidam: id est genus humanum/vel peccator quilibet vere cognitionis lumine carens/et tenebras culpę et ignorantię patiens. o C Sedebat: terrenis amore inhęrens. Cęcus vero dicitur ꝓprie aptus natus videre/non videns. Lapis enim non dicitur cęcus/etsi non videat: sic laicus ꝓprie non debet dici cęcus/sed clericus. Esa.xlii.d. Quis cęcus nisi seruus meus? Matth.xv.b. Sinite illos: cęci sunt ⁊ duces cęcorū. ij. Pet.i.b. Ministrate in fide vra virtutē: in virtute autē scientia. Cui non ꝓsto sunt hęc/cęcus est. p C Secus viā. Chryꝺostomus. Jungta veritatem. Unde Beda. Cęcus sedet secus viam/dum incipit credere in ipsum/qui dicit: Ego sum via/veritas ⁊ vita. Joh.xiiii.a. q C Mendicans: id est rogans Qui ideo rogauit: quia cęcitatem ⁊ paupertatem suā cognouit. Multi enim sunt cęci/⁊ pauperes et superbi qui mendicare erubescunt: quia seipsos non cognoscunt. Apocal.iii.a. Dicis q̄ diues sum ⁊ locupletatus ⁊ nulli⁹ egeo: ⁊ nescis ⁊c. Eccl̄.xxv.d. Tres species odiuit anima mea ⁊ aggrauor valde animę illorum. Joh.ix.g. Si cęci esletis: id est vos esse cęcos cognosceretis/peccatum non haberetis: nunc autez quia dicitis/videmus: peccatum vestrum manet. r C Mendicans. Nota quia antiqui pauperes non erant ita importuni sicut moderni: qui oze filebant ⁊ manu dicebant: vnde dicebantur mendici/quasi manu dicentes. r C Et cum audiret turbam ꝓtereuntem: que sequebatur iesum: quidam vt miracula noua viderent/id est curiosi: quidam vt obseruarent/vt malicioſi: quidam vt de panibus manducarent: id est mercennarij: quidam vt sanarentur/quorum alii boni/alii mali:

Mystice

b

V quidā vt docerenť/vt discipuli: quidā vt obsequerenť/vt religiosi. Omnis autem hęc turba sequēs/bonitati ⁊ studiositati eius attestatur. Unde Chryꝺ. Testimonium studiosi agricolę est messis fecūda: ⁊ assidui doctoris signū ecclesia plena. Prouerb.xiiij.a. Ubi nō sunt boues/ꝺsepe vacuū est: vbi autē apparent plurimę segetes/manifesta est fertilitudo bouis. Itē in eodē.d. In multitudine populi dignitas regis ⁊c. a C Interrogabat quid hoc esset: quia scire desiderabat. Multi sunt qui nūq̄ interrogāt. Quare? Quia scire nō curāt. Boni discipuli signū est libēter inꝛogare. Eccl̄.vj.d. In multitudine ꝑsbyterorum ꝓuidētiū stabilitꝰ ⁊c. b C Dixerūt autē ei q̄ iesus nazarenus trāsiret: cuius odorem senserat/sed nō viderat. Placarenus est interꝑtat floridus. Cant'.ii.a. Ego flos campi. i. rosa q̄ crescit in hiericho. Eccl̄.xxiiii.b. Et quasi plantatio rosę in hiericho. Chryꝺ. Rosa anteq̄ videat/sentit. Notādū autē ꝙ dicit iesus trāsire. Et reuera multis trāsit: quia tępus salutis sine salute trāsit eis. Unde ꝓpter qđ dicit Apls.ii. Cor'.vj.a. Ecce nūc tępus acceptabile ⁊c. c C Et clamauit dicens ⁊c. Chryꝺ. Nihil soluta habebat nisi vocē: ⁊ ideo qui pedib⁹ nō potest/voce sequitur. d C Jesu fili dauid miserere mei. Amb. Dō ꝓ hominibus factus/miserere hoīs. e C Et qui ꝓibāt increpabāt eū vt taceret. Beda. Qui ꝺsum venientē ꝺsunt significant tumultus carnaliū ꝺsideriorū/vel suggestionū ꝺmonum/vel turbā ꝓsecutorū. Sedm Amb. q̄ mentē hominis sepe perturbant ⁊ orationē impediť/ne a dño audiat. Thren.iii.c. Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio. Esa.lix.a. Peccata vestra diuiserūt inter vos ⁊ deū vestrū: ⁊ abscōderūt faciē eius a vobis ne exaudiret. Et hoc est qđ dicit hic: Increpabāt eū

B Moraliter vt taceret. Moraliter/etiā iuxta litterā/ꝑsecutes ⁊ pauperē increpantes sunt mundi sapientes/⁊ collaterales magnatus: qui pauperes fugant ⁊ ꝓhibent ne ante dños suos appareāt/vel aliquid ab eis petāt. Unde Chryꝺ. Fatua sapientia hominum existimat iniuriā pati magnos viros/si a pauperibus bonorentur. Quis eīm pauper audet diuitem publice salutare? f C Ipse ꝺo multo magis clamabat: fili dauid miserere mei. Chryꝺ. Talis est natura fidei: quāto plus vetat eo magis accendit: ꝓpter qđ serui dei in ꝑsecutionib⁹ nō vincuntur. Et. j. Virtus fidei in periculis secura ē: in securitate periclitatur. Amb. Oportebat tamdiu clamare/donec resistentis sibi turbę strepitū vinceret: id est tā pseueranter orando/pulsando intendere: quousq; cōsuetudiuę ꝺsiderioꝝ carnaliū et ipsorū dominū carnaliū turbā/studia spūalia impedientē/fortissima intentione superaret. g C Stans autē iesus. Mota quia transeundo audit/stando sanat: per qđ significat/quia ꝑm naturā q̄ sunt in motu ⁊ in transitu. i. naturā humanā q̄ subiecta mutabilitati/nobis cōpassus est: ꝑm eā vero naturaz in qua manet stabilis/nos sanat. i. nobis gratiam ꝓstat. Unde Beda. Jesus transiens cęcū audit ⁊c. h C Jussit illū adduci ad se. Hiero⁹. Quia cęcus/sequi nō poterat: stat dñs ⁊ vocari iubet ne turba ꝓhibeat. Sic debent facere magnates/stare scz ⁊ vocare ad se pauperes vt audiant eorū q̄rimonias/ ⁊ faciāt iusticiā. Eccl̄.iiij.a. Declina pauperi sine tristicia aurē tuā: ⁊ redde debitū tuū. i. iusticiā vel elemosynā: ⁊ respōde pacifice in māsuetudine. i C Et cū approꝑinquasset/interrogauit illū dicēs: Quid tibi vis faciam? Non ex ignorantia quęrit: sed ideo vt rogef: vt mentē ad orationem exciter. Item Amb. Interrogat vt credam⁹/nō nisi cōfitentē posse saluari. Et est argumentū q̄ nō sufficit cordis cōtritio nisi addat oris cōfessio. Et verū ē si hō tępus habet. Chryꝺ. O dñe qđ interrogas qđ ipse oculis vides? Infirmitas clamat/qđ vocē perquirit? Respondet. Non quęro ꝓpter passionē: sed ꝓpter fidē. Tu dñe occultoꝝ es cognitor ⁊ nescis? Scio ſ volo vt ꝓcedat ⁊ confiteat. Roma.x.b. Corde creditur ad iusticiā: ore autem ꝓfessio fit ad salutē. k C At ille dixit: dñe vt videā. Chryꝺ. Modo nō dicit: Fili dauid/sed dñe. q. d. filius dauid cęcos illuminare nō pōt: filius autē dei potest. Ideo interrogo quid vis? Tūc ille dixit: non fili dauid/sed dñe volo vt videam. Quādiu diperat: fili dauid/suspensa est sanitas: mox vt dixit: dñe/infusa est. l C Et videam: lumen cęli/sine quo nemo gaudet. Tob.v.b. Quale gaudiū erit mihi qui lumen cęli nō video? Eccl̄s.xi.c. Dulce lumen ⁊ delectabile oculis videre solē. m C Et iesus dixit ei: Respice: fides tua te saluū fecit. Act'.xv.b. Fide purificans corda eorū. n C Et confestim vidit ⁊ sequebatur illū. Chryꝺ. Bonū munꝰ obtulit christo. Quale? Sedēbat cē. o C Magnificās deū. Pś. Magnificate dominum mecū. Eccl̄.xlii.d. Benedicktes dñm exaltate illū quantū potestis: maior est eīm omni laude. p C Et omis plebs vt vidit dedit laudē deo: cōgratulans sanitati cęci. Un patet q̄ cōpatiebat infirmitati illi⁹. Rom.xii.d. Gaudere cū gaudentibus ⁊c. Uel etiā deū laudabat ꝓ magnitudine fidei sibi inspiratę: cui⁹ merito ipertrauit lumen ⁊c.

Pś.33.

Expo. Ca. XIX.

Ingressus ⁊c. Historia cōtinuat/vt patet. Continentia vero capituli talis est. Tres sunt partes capituli. In ꝓma ostenditur q̄ camelū trāsire ꝓ foramen acus. i. habēte diuitias intrare ī regnū cęloꝝ/est possibile apud deū: licet impossibile sit apud hoies: per exēplū zachei: qui recepto dño in domo sua/diuitias male acq̄sitas restituit/⁊ residuū in elemosynas dedit: ⁊ ita camelus gibbum deposuit. In secūda parte ostēdit ꝓ parabolā nobilis ⁊ seruoꝝ plus placere deo pnitētia petōꝝ ꝙ iusticia supboꝝ: ibi: Hęc illis audientib⁹. In tertia parte agit de ascēsu christi in hierlm sup asinam: quā sibi duo discipuli de itinere missi adduxerūt: ⁊ de eiectione emētiū ⁊ vendētiū de tęplo: ibi: Et his dictis ⁊c. In ꝓma igit parte bui⁹ capituli diuites ad restitutionē ⁊ pnitentiā inuitant/exēplo zachei: q̄ iuss⁹ cōsilio/vel iusticiatus festinās interꝛat. Mā qui cōsilio dñi credit/festinat iustificari. Eccl̄.v.b. Non tardes cōuerti ad dñm/⁊ ne differas de die in die. Dicit ergo: q C Et ingressus perambulabat: in greco/trāsibat: r C Hiericho. i. ꝓ hiericho ambulabat. Est autē hiericho vbs: quā iordanis trāsresso subuerterūt iudei: Josue.vj.d. rege eī⁹ interfecto. Pro q̄ extruxit aliā abiel de bethel. iii. Reg'.xvj.g. quā dñs sua ꝓsentia/vt hic dicit illustrauit: quā etiā postea romani subuerterūt. Pro q̄ ēdificata est tertia: q̄ vsq; hodie manet: vbi vtriusq; vbis destructę vestigia cernunť: ⁊ significat mundū quā pambulauit dñs: vt et tu pambules nō adhęreas ꝓ amore. Esa.lii.d. Recedite/recedite: exite inde: pollutū nolite tangere: exite de medio eius. Si ita facerēt saluatores. i. ꝓlati ⁊ ꝓdicatores mūdi diuites seq̄rerēt eos. Un Esa.xlv.c. Uiri sublimes ad te trāsibūt: tuiq; erūt ⁊ post te ābulabūt. s C Et ecce vir nole zache⁹/⁊ h erat princeps publicanoꝝ: Qui publica vectigalia recipiebant ⁊ mūdi lucra sectabanť ꝓ fas ⁊ nefas. t C Et ipse diues: Ergo iniquus. Aug⁹. Omnis diues vel iniquus vel iniqui hęres. Eccl̄.xi.b. Si fueris diues nō eris ſmunis a peccato. Peccat eīm omnis diues vel male acquirendo vel male retinendo vel male erogando. v C Et quęrebat videre iesum quis esset/⁊ non poterat ꝓ turba. Mota turba impedit languidā ne sanitatē recipiat: Joh.v.b. Et increpat cęcū vt taceat. ū. xviij. g. Matth.xx.d. Item paralyticū excludit ne ante iesum veniat: Marc'.ii.a. Itē parentes retardat ne iesum adeant: Marc'.iii.d. Itē puellę mortuę suscitationē ꝓcrastinat: Matth.ix.c. Item cęci illuminationem ꝓcrastinat: Marc'.viii.c. Item iesum in regē rapere laborat: Joh.vj.b. Itē iesū affligit ⁊ cōfundit. Jer.viii.g. Itē cacheo obstat ne iesū videat: vt ꝺ. x C Quia statura pusillus erat. Glo. Non malicia ſ fide. i. Cor'.xiii.d. Malicia puuli estote nō sensu.

a ¶ Et ꝓcurrēs. Ecḡ. rxvij. c. Prꝛcurre prior in domū tuā ⁊ illic aduocare ⁊c. b ¶ Ascēdit in arborē sycomorū. Mota q̄ sycomorus ficui filius est i trūco/in ramis/in oibus: exceptis foliis in q̄ bus est ficui dissimilis ⁊ moro similis. Vnde sycomorus dicit̄ quasi ficus moꝛus. Josephus tñ dicit q̄d ⁊ ꝓbabile est: q̄ arbor ista ex sycomoro. i. ficui ⁊ moro sit/is: ꝛ ex vitio scripturę inoleuit vt ex sycomoro: ⁊ latine dicit̄ celsa. Vñ sycomorus grece/ficus: moros/fatuus. Sycomorus aūt moro filius est in foliis ꝛ altitudine ipsā tior/equos ꝓceruas ne inundant: mollis ⁊ infructuosa: ⁊ interꝓtat ficus fatua: ⁊ significat crucē: q̄ vt ficus dulciter pascit.

Amos. vij. d. Glo. Sycomorus est ruꝰ afferēs moꝛa q̄ pastoꝛ famem depellit et folia eiuriē pecoꝛ.

b lus erat. Et ꝓcurrēs ascēdit c i arborē sycomoꝛ vt videret o illū: q̄ idē erat trāsitur⁹. Et ę cū venisset ad locū/suspiciēs g ie|sus vidit illū/et dixit ad eū: Zachee festinās descēde

Tñ Bas. vj. d. Vbi abſit gliari niſi in cruce dñi nr̄i ihesu christi: ꝛ sicut ficus fatua deridet. Job. rij. a. Deridet iustꝰ simplicitas. j. Cor'. i. d. Nos aūt p̄dicam⁹ christū crucifixū: iudeis q̄dē scādalū ⁊c. Hāc sycomorū ascēdit zacheus pusillus. i. humilis christus. c ¶ Et videret illū. i. videri faceret/⁊ nobis de fructibꝰ eiꝰ daret. Cant'. vij. c. Ascēdā in palmā ⁊ apphendā fructus eiꝰ. Itē sycomorus pēnitentiā vel religionē significat: q̄ reuera est ficus q̄ dulcis: ſ fatua reputat. Amos. vij. d. Armētariꝰ ego sum vellicās sycomoros. Esa. ix. c. Sycomoros succiderūt. i. hūiles religiosos/sed cedros ĩmutabimus. i. nobiles ⁊ superbos. Hāc aūt ĩmutationē facit abūdantia rpalis. Tñ. ij. Paral. ix. g. Tāta copiā argenti ꝓbuit salomon in hierlm quasi lapidū: ⁊ cedroꝝ tātā multitudinē velut sycomoꝝ. Hanc sycomorū ascendit zacheus pusillus. i. religiosus humilis: vt inde videat iesum. i. vitā cōsequat ęternā: quę cōsistit tota in visione iesu. Joh. xvij. a. Hęc est vita ęterna ⁊c. Ascēdit aūt ad hāc sycomorū tribus gradibus. Quoꝝ ꝓm⁹ est abrenūciatio ꝓprię voluptatis: q̄d facit votū obedientię. Secūdus est abrenūciatio ꝓpriętatis: q̄d facit votū paupertatis. Tertius est ꝓmissio omnimodę castitatis: quod facit votū cōtinentię. Sed hos ꝓcēdūt alij tres gradus: quos oꝑtet ꝓius ascendere. Quoꝝ primus est cōꝓptus sui. Secundus est oblīuio parentū. Tertius est odiū mundi. Tñ abrę dictum est Gen. xij. a. Exi de terra tua. i. carne tua/ hic est primus gradus: ⁊ de cognatione tua/hic est secūdus: ⁊ de domo patris tui: ad est mundo/hic est tertius: et vade in terram quā mōstrauero tibi. i. in religionem. Hi sunt sex gradus quibus ascendit ad thronū salomonis. iij. Reg'. x. c. Thronū fecit sibi rex salomon de ebore grandē: ⁊ vestiuit eū auro fuluo nimis: q̄ habebat sex gradus. d ¶ Quia inde erat trāsiturus. Forte arbor nō erat in via: sed causa euitandi turbā: sicut ꝛepe facimus/diuerrit dñs ꝑ agrū ⁊ zacheus hoc nouerat. Hoc est: Inde erat trāsiturus. i. ex illa parte vbi erat sycomorus. In quo significat transitus de iudeis ad gētes: vel de mundo ad patrē ꝑ crucē seu pēnitentiā seu religionē mediā. Hęc est scala quā vidit iacob/Gen. xxviij. c. quę attingebat a terra vsq; ad cęlū. e ¶ Et cū venisset ad locū: ad quā ſpe venit iesus: quotiēcunq;. i. claustralibus vel pēnitentibus sui ꝓsentiā vel ꝓgustationē cōcedit. Joh. xviij. a. Egressus est iesus trans torrentē cedron vbi erat hoꝛtus in quē introiuit ipse ⁊ discipuli eiꝰ: Sciebat aūt iudas q̄ tradebat eum locū qr iesus frequenter cōuenerat illuc cū discipulis suis. iiij. Reg'. iij. b. Animaduerto q̄ vir dei sanctus est iste q̄ transit ꝑ nos frequēter: faciam⁹ ergo ei cęnaculū paruū ⁊ ponamus in eo lectulū ⁊ mēsam ⁊ sellam ⁊ cādelabrū/vt cū venerit ad nos maneat ibi. Cęnaculū paruū ē religio humilis: de quo Act'. j. b. Cū introissent in cęnaculū ascenderūt superiora vbi ⁊c. Lectulus est quies cōtemplationis: de quo Cant'. j. d. Lectulus noster floridus. Mensa est refectio lectionis: de quo Pſ. Parasti in conspectu meo mēsam ⁊c. Esa. xxj. b. Pone mensam/cōtēplare in specula. Itē in hoc lecto cubat dñs ⁊ in hac mēsa comedit. Vnde Cant'. j. b. Indica mihi quęz diligit anima mea/vbi cubas/ vbi pascas in meridie. Sella est discretio iudicii. Prouerb. xx. b. Rex q̄ sedet i solio iudicij intuitu suo dissipat omne malū. Candelabrum est illuminatio fidei: de quo Zach. iij. a. Vidi ⁊ ecce cādelabrū tōtū aureū ⁊ lāpas sup ca

Pſ. 22.

Ad obiectiones grecorum respondetur per distinctionē equiuocationis huius nominis pascha. Dicitur enim septem modis. Uno modo tota septimana azymoz̄: id est a quintadecima die aprilis vsq; ad vicesimumprimum diem eiusdem mēsis dicitur pascha. Sic accipitur Accℓ.xij.a. vbi dicitur: Uolens post pascha ꝓducere eum populo. Secundo modo dicitur hora vnius dicit: id est vespera quartedecime lunę aprilis. Sic accipitur Exo.xij.c. et Leuitℓ.xxiij.a. Sic etiam accipit Joh.xiij. a. Ante diem festum paschę. Tertio modo dicitur prima dies azymoz̄: id ē quintadecima luna. Sic accipitur hic. Quarto modo dicitur pascha panes azymi. Joh.xviij.c. Ne contaminarentur/ sed manducarent pascha: id est panes azymos vt paschales. Quinto mō dicitur pascha agnus paschalis. Sic accipitur. j. eodem. Uenit dies azymoz̄ in qua necesse erat occidi pascha. Sexto modo dicitur pascha festiuitas epuli.ij. Paral.xxxv.c. Non fuit phase simile huic. Septimo modo dicitur pascha ipse christus. j. Corℓ.v.b. Pascha nostrum immolatus est christus. Unde versus. Hebdomadas/ hora/ dies epulę/ pecus/ azyma/ christus. Ad rationem autem grecorum dicimus: q̄ reuera ymbrę respondet veritas: quia in pascha typico erant duo: scz comestio agni et immolatio seu occisio. Immolatio agni fiebat quartadecima luna ad vesperam: ⁊ immolatio christi fuit inchoata quartadecima luna ad vesperā: quia tunc fuit captus iesus. Et ita immolatio bene respondet immolationi. Comestio vero totaliter rūdet comestioni: q̄ sic quartadecima luna ad vesperam comedebatur agnus: ita dominus corpus suum dedit discipulis māducandum ⁊ ipemet manducauit. Quare autem post paschā typicum dedit dominus corpus suum discipulis manducandum: quadruplex solet assignari ratio. Prima est: quia per hoc ostendit legalia esse finita/ sicut tenebra finitur luce apparente. Secunda: vt mentibus discipulorum imprimeretur firmius dominici corporis ⁊ sanguinis sacramentum. Tertia: vt ymbrę veritas responderet. Quarta ratio est/ ad innuendum q̄ cibus iste non est cibus corporis/ sed mentis: Primum autem est quod est corporale: deinde q̄d spirituale: vt dicitur. j. Corℓ.xv.f. Ad aliam rationē grecorum est dicēdum: q̄ licet die parasceues esset dies festus azymoz̄: id ē quintadecima dies q̄ est celeberrima: tamē licitum erat ꝑm legem parare vnguenta: quia hoc non est opⁿ seruile/ sed misericordię: sicut circumcidere licitum erat etiā in sabbato: vt dicit Joh.vij.c. et Matth.xij.a. Sequit: c ¶ Et querebant principes sacerdotum et scribę: id est legidoctores. d ¶ Quomodo iesum interficerent. In bono die/ bonum opus volebāt facere. e ¶ Timebant vero plebem: quę amabat iesum et libenter audiebat eum: vnde ⁊ liberaret eum et auferret de manibus sacerdotum. Nec timebant seditionem populi/ sed q̄ in ꝓprias eorū personas fortē manum iniceret. Sic multi principes etiam sacerdotum: id est episcopi: et scribę: id est doctores legis/ apprōpinquāte festo magno querūt iesum interficere in se ⁊ in alijs per excessus epulationum et potationum. Tunc fere omnes principes faciunt festum baal: id est ventris: quod non placet deo. Unde Esa.j.d. Iniqui sunt cętus vestri: calendas ⁊c. Sed quid factum est in festo baal? Certe ibi mortui fuerunt omnes sacerdotes eius. Unde.iij. Reg⁷.x.d. Congregauit hieu omnē populum et dixit ad eos: Achab parum coluit baal: ego autem amplius colam eum: nunc igitur omnes ꝓphetas baal ⁊ vniuersos seruos eius et sacerdotes ipsius vocate ad me: nullus sit qui non veniat: Sacrificium enim grande est mihi baal. Et ingressi sunt templum baal: id est coquinam/ vel domum refectionis: et repleta est domⁿ baal ⁊c. Et nullus euadat. Ita factum est: et ita fit hodie. Sed illi principes sacerdotum timebant plębem: isti vero nec plębem nec deū timent. Sequitur: f ¶ Intrauit autem: non per essentiam/ sed per suggestionem. Joh.xiij.a. Cum diabolus iam misisset in cor. Glo. Spirituali suggestione. Johannes dicit: quia post buccellam dat̄ intrauit sathanas in eum: quod fuit longe post. Solutio est: qz et modo intrauit et post: sed ꝓius plene/ postea plenius. g ¶ Sathanas in iudam. Chrysostomus. Intrauit non corpus christi contemnens/ sed vęcordiam ꝓditoris deridens. Item Chryℓ. Si ille qui cum christo fuit: qui signa opatus est: qui tantā audiuit doctrinā/ a philargyria intactum

Universidad de Deusto



deductus est barathrū: multo magis vos qui nec̄ scripturas auditis ⁊ possessionibus indesinenter affixi estis/facile ab hac passione capieminī: ⁊ ita nō est hęc ꝑcupiscēcia naturalis. Quę em̄ naturę sunt/omnibus cōmunia sunt. Et .j. Quos occupauerit/ꝓter naturā viuere facit. a ¶Qui cognominabatur scarioth. Chrysostomus. Quare dicit eius cognomen? Hieronymus dicit: Scarioth/ interꝑtat memoria mortis: quia nō repēte ꝓsilus/ sꝫ diuti⁹ meditatus scelus pagit. b ¶Scarioth. ś. Matth. ꝛ. dic̄ Glo. q̄ sic ⁊c. Sꝫ sup Apocal. q̄ de tribu dan. Item Genes. xlix. in benedictione dan ⁊c. Sꝫ iterū .j. Esa. xxviij. a. Dę corone. Ibi Glo. c ¶Unū de duodecim. Chrysostomus. q. d. de ꝑmo choro erat. Joh. vj. g. Nōne duodecim vos elegi ⁊ vnus ex vobis diabolus est? Joh. xix. c. Quem maxime diligebaz auersatus ē me. d ¶Et abiit/quasi spontaneus. Beda. Non a principibus inuitat: nulla necessitate constringit: sed ꝓpria sponte sceleratę mētis inuit consilium. e ¶Et locutus est cum principibus sacerdotum: qui tunc congregati erāt in domo caiphe. Et hoc constat quarta feria esse factum: Ita em̄ se habet ꝓcellus rei ⁊ veritas hist̄orię. Dominus in sabbato ante ramos palmaruꝫ fuit bethanię in domo simonis leprosi/ vbi parata est ei cęna solēnis: cui lazarus interfuit. In crastino sc̄z in prima feria sedens super asellum venit in hierusalem ⁊ intrauit templum/⁊ vendentes ⁊ ementes de templo eiecit: ⁊ circa vesperam redijt ad suū hospitium in bethaniam: Et in crastino sc̄z secunda feria iterum rediens hierusalem intrauit in templū ⁊ docebat in templo/⁊ ꝑsentata est ei adultera ⁊ liberauit eam. De arefactione ficus quando facta est: dubium est: sed dicaf ad ꝑsens factum in secunda feria: est em̄ dubium an in prima factuꝫ sit an in secunda. Tertia feria docens in templo cōstituit scribas ⁊ pharisęos: De quo. ś. habuisti. Et eadem die cum ostenderent ei ędificia templi/ait: Non relinquet lapis super lapidem. Et inter cętera verba doctrinę suę/ait: Amodo non videbitis me donec dicatis: Bñdictus qui venit in nomīe domini. Et cadē ꝑm Matth. xxvj. a. dicit: Scitis quia post biduum pascha fiet ⁊c. Vespere exijt cū discipulis in montem oliueti: ⁊ ibi ꝑdixit eis signa exterminij ⁊ futuri iudicij quę ꝑcesserūt. Quia ergo audierant ꝓncipes sacerdotum eum dicentē: Non videbitis me amodo ⁊c. putauerunt q̄ vellet subterfugere manus eoꝝ: ideo congregati sunt in atrio caiphę: deliberātes quomodo eum possent capere ⁊ occidere. Quos audiēs iudas congregatos/venit ad eos ⁊ pactum iniit cum eis de tradēdo dominō ꝓ triginta argenteis: quoꝝ quilibet valebat decem denarios vsuales: Et sic magistri sui ꝑcio damnū de effusione vnguenti super caput domini cōpensauit. Et sic quarta feria ante passionem facta est venditio: ꝓ cuius compensatione eadez die ante epistolam legit̄ ꝓpheria Esaię: in qua de venditione agit/ vbi dicitur: Ecce merces eius cum eo. Et agit ad litterā de mercede quam recepit iudas ꝓ venditione. Hinc est etiaz q̄ quarta feria secundū post sextam feriam obtinet locum/in ieiunijs ⁊ afflictionibus. Nam sicut in sexta feria fuit crucifixus: ita in quarta fuit venditus. Et cum ꝑdicto modo ꝓcesserit ordo rei: quędam glosula videtur ꝑturbare manifestam veritatem: ideoq̄ sic debet intelligi. Hęc ante biduum: id est in ipō biduo: alioquin non cōstarent ꝓdicta. Nam si ante biduū paschę facta est venditio: ergo in tertia feria/cum cōstet factū esse in quarta feria ꝑm tenorem ꝑdictoꝝ. Mystice/autem iudas gerit typum ꝓdictoꝝ et iudicum: qui christum vendere nō cessant: quia sacramēta et beneficia eius et iudicia vendere nō formidāt. Unde et facto et verbo frequēter dicūt: Quid vultis dare/⁊ ego vobis eum tradam? De quibus dicit Michęę iij. d. Principes eius in mūeribus iudicabāt ⁊c. Esa. .j. f. Quō facta est meretrix/ quę semp vult accipe: ciuitas fidelis plena iudicij: iustitia habitauit in ea olim: id est iusti iudices: nūc autem homicidę. Argentū tuū ⁊c. Causa viduę nō ingredit: id ē animę vel ecclesię: Is tm̄ causa de rebus tēpalibus. Sequit: f ¶Et magistratibus/locutus est supple. Chrysostomus: id est ducibus exercitus: q̄s sc̄z statuerāt romani ꝓpter seditiones frequētes iudęoꝝ. g ¶Quemadmodum illum traderet eis. Quomō potuit sic puerti iuxta christū? Chrysostomus. Nō est coactrix dei vocatio/nec violentiā infert cōsilio humano. Et .j. Eccl. .x. a. Duaro nihil ē scelestius. Ecce iudas vendit ioseph: Gen. xxxvij. c. Et absalō ꝑdit patrem. ij. Reg. xv. b ¶Et gauisi sunt et pacti sunt pecuniam illi dare: quaz acceperūt in cor: bonā: id est in arca vbi reponebāt oblationes sacerdotū. Unde q̄n iudas pnitēs retulit eis triginta argēteos/ dixerūt: Nō licet nobis mittere eos in corbonā: q̄ ꝓcii sanguinis ē. Zach. xj. c. Appēderūt mercedē meā triginta argēteos. q. d. tantū dedissent ipi ꝓ idolo vno/ q̄rtū ꝓ me. i ¶Et spopondit. s. illis vendere iesum ꝓ pecunia. k ¶Et quęrebat oportunitatē vt traderet illum sine turbis. Uenit autem ⁊c. Dictū est. ś. q̄ ꝑta feria vendidit iudas dñm/⁊ deinde ꝙliuit oportunitatē quō posset eū tradere sine turbis: Hūc incipit ostēdere lucas modū ⁊ locū ⁊ tēpus ⁊ seriē traditionis/dicēs: l ¶Venit autem dies azymoꝝ. Beda: id est ꝑtadecima luna ad vesperā: q̄n ꝓcipit lex ejci fermētatū a domibus ⁊ solo agno vesci: vt dicit Exo. xij. c. et Leuit. xxiij. a. et Mūeri. xxviij. c. Deut. xvj. b. m ¶In qua necesse erat occidi pascha: id est agnū paschalē. Sz posset alijs dicere: Nox illa in q̄ immolabat agnus dicebat pascha: ꝑ ergo ea nocte nō est ímolatus verus agnus? Solo est. Ea q̄dē nocte ímolatus est: id est eius ímolatio inchoata est post cęnā: Mā ⁊ post ꝓpinatā discipulis eucharistiā egressus ē in hortū ⁊ ibi comꝑhensus: ⁊ sic initiata ē eius passio. Istud etiam q̄ hic dicit/ necesse/ multū ꝓ nobis est/ cōtra grecos: q̄ dicūt lunā fuisse ꝑtadecimā in die parasceues: ⁊ ita dñm fuisse crucifixū ꝑtadecima luna: pascha ꝙ in tertiadecima luna celebrasse. Quibus obuiat q̄ hic dicit/ necesse. Lra plana est. Mystice. Septē dies azymoꝝ/ sunt septē ętates: quaꝝ opationes sunt veteris hominis afflictiones ⁊ noui hominis repationes. Prima dies ē timor: In hac ꝙfigit vetus homo. Ps. Cōfige timore tuo carnes meas: Secūda est iustitia: q̄ temptationi peccatoꝝ resistit. Unde Eccl. ij. a. Fili accedens ad seruitutē dei/sta in iustitia et in timore ⁊c. Tertia est magnificentia/qua magna fiunt. Ps. Confessio ⁊ pulchritudo ⁊c. Quarta est odium vitioꝝ: quo peccata abominant. Unde. Iniquitatem odio habui ⁊ abominatus sum. Et in istis ętatibus omnino occidit vetus homo. In tribus sequentibus reparat nouus homo. Quarum prima ē fides/qua incipit viuere nouus homo. Habacuc. ij. a. Justus ex fide sua viuet. Secūda est donum scientię: in qua pascit nouus homo pane lachrymarum. Scientia em̄ lachrymas generat. Unde Eccs. .j. d. Qui addit scientiā addit et dolorē. Et Augustinus in libro de doctrina christiana. Scientię donum non facit hominem exterius iactantē sed interius lachrymantem. Tertia dies est spes venię et gratię ⁊ glorię: in qua confortat ⁊ roborat ⁊ ꝑficit nouus homo. Roma. viij. c. Spe salui facti sum⁹. Dicit ḡ: l ¶Venit autem dies azymoꝝ/ prima: id est timor. m ¶In qua necesse erat occidi pascha: q̄s passio vel trāsitus interꝑtatur: id est veterē hominem quē timor occidit. Eccl. .j. c. Timor dñi expellit peccatū: Quo expulso moritꝫ vetus hō. n ¶Et misit/ iesus: id est quicūq̄ ḡrit salutē ⁊ suā ⁊ alioꝝ. o ¶Petrum et iohannem: id est cogitatiōes/ q̄s generat noticia: ⁊ affectiones/ quas gignit gratia. p ¶Dicens: Euntes parate nobis pascha: id est pastū seu refectionem. q ¶Ut manducemus. Nō dicit vt manducē solus/ sicut auarus. Eccl. .xj. c. Inuent requiē mihi ⁊ nūc māducabo ō bonis meis solus. Ita dicit auarus/⁊ nescit q̄ tempus ętereat ⁊ mors appropinquet ⁊ relinquat omnia alijs ⁊ moriat. Exemplū. ś. xij. c. dicebat diues: Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce ⁊c. Job. xxj. b. Si comedi bucellaz meā solus ⁊ nō comedit pupillus ex ea. r ¶At illi dixerūt: Ubi vis paremus? Bene ḡrūt isti duo nūcij: q̄r duo sunt loca in anima: ⁊ in vtroq̄ potest dñs habitare. s. intellectus ⁊ affectus. Sed intellectus locus est tumultuosius/⁊ ꝙsi quoddam publicuz consistoriū iudicioꝝ/ vbi omnes eant: ⁊ omnia iudicia ventilant: ⁊ ideo nō est locus aptus refectionis: marime ℣ dño: de quo



Ps. 75. A ℣ dño: de quo dicit in Ps. In pace factus ē locus eius ⁊c. Primo ibi volāt passim muscę motiētes: id est imūdę cogitatiōes. Ꝓterea ibi nō comeduntꝫ nisi folia volatilia cogitationum. Affectus ꝙ est alius locus magis aptus refectionis q̄ secreti/ or est. Ibi panis charitatis abunde comedit ⁊ vinū deuotionis ⁊ aqua cōpassionis bibit: ⁊ ideo dñs libenter hospitatur ibi. Ps. † Ps. 131. Hęc requies mea in sęculū sęculi: hic habitabo q̄m elegi eā. ij. Paral. vij. c. Elegi mihi domū istam in locum sacrificij. Sequitur: a ¶Et dixit ad eos Ecce introeūtibus vobis in ciuitatē: id est in animā vel in ecclesiā: extra quā nō facit dominꝰ pascha: in quā nescīt ire stulti. Eccs. .x. c. Labor stultoꝝ affliget eos. † Ps. 106. Ps. Viam ciuitatis habitaculi nō inuenerūt. b ¶Occurret vobis homo: id ē vnus/ nō multipler. c ¶Amphoram aquę portans: id est cor deuotionē ⁊ cōpassione plenū. Chrysostomus. Sisē signū dedit samuel sauli. .j. Reg. .x. a. Juuenes inḡt hominē ascēdentē habentē vrēa aḡ. d ¶Sequimini eum in domum/ animę vel ecclesię/ in quam intrat. Ad tales declinat idēter dñs q̄ portāt amphoꝛā aḡ: quia dāt et de aq̄ sua quā libēter bibit. ij. Reg. xvij. c. Desiderauit dauid aquā de lacu ⁊c. Joh. iij. a. Jesus fatigatus ex itinere ⁊c. Sequit: e ¶Et dicetis patrifamilias domus: id est rōni suę libero arbitrio: q̄s est pater ⁊ rector familię domus: id est cōscientię. Familiā dico desideria/ cogitatiōes/ affectiōes animę: q̄ omnia regunt ⁊ dispōnunt a libero arbitrio. f ¶Dicit tibi magister: id est christus: cuius debes esse discipulus obediēdo ⁊ reuerēdo ⁊ audiendo illum. B Matth. xxiij. b. Unus ē magister vester ⁊c. g ¶Ubi est diuersorium ⁊c. Ambrosius. Paupis hospitiū amplis nobiliū ędibus anteferē. Matth. viij. c. Vulpes foueas habēt ⁊c. Adoraliter Adoraliter. g ¶Ubi: id est in q̄ ętę animę: h ¶Est diuersorium: id ē locus secretus refectionī idoneus. i ¶Ubi pascha cum discipulis meis/ q̄ sunt timoratę mētis cogitatiōes ⁊ sancta desideria: k ¶Manducem. Apocal. iij. d. Ego sto ad ostiū ⁊ pulso: si q̄s ⁊c. Hoc idem ḡrit ꝑsona Cāt. .j. b. Indica mihi vbi pascas vbi cubas ⁊c. Comedit autē dñs nobiscū pascha duobus modis: sc̄z de nostra pnitētia gaudēdo: ⁊ nos sibi incorpando. Et nos similiter comedamus cū eo dupliciter: sc̄z hędū veteris hominis occidēdo: ⁊ agnum noui hominis accipiēdo. l ¶Et ipse ostendet vobis cenaculum. Ad lrām/ ꝓpter ęstū calorīs immoderati fiebāt cenacula: id est q̄dam māniones in eminētiori parte domoꝝ ad cenādum aptę: vnde ⁊ nomen habēt. In inferiori vero ptę fiebant cubicula: id est māsiones ad dormiendū aptę: quia de nocte est ibi frigus. Adoraliter. l ¶Et ipse ostendet vobis cenaculum: id est affectū qui est refectionis animę. m ¶Magnum/ latum charitate/ lōgum spe/ altum fide. n ¶Stratum/ humilitate. o ¶Et ibi parate: nō alibi. Deut. xvj. b. Nō poteris ímolare phase in qualibet vrbium tuarum: id est virium seu potentiarum: sed in loco quem elegerit deus: id est in affectu sic parato vt dixi. p ¶Euntes autem/ duo ꝺdicti nuncij: sc̄z petrus ⁊ iohannes: id est cogitatio ⁊ affectio. q ¶Inuenerunt sicut dixit illis/ iesus: id est spiritus/ suam ⁊ alioꝝ salutem quęrens. r ¶Et parauerunt pascha. Chrysostomus. Miror quomodo homo ille suscepit eum: nō solum quia ignotus/ sed quia existimans hinc inimicitias sibi affuturas. Chrysostomus. Contempsit multoꝝ odiū. Adoraliter Adoraliter. r ¶Et parauerunt pascha: id est refectionē domino ⁊ sibi/ immūdicias domus eiciendo ꝓ confessionem: ⁊ postea domum sic mūdatam ornādo bonis operibus: aquam lachrymarum/ vinū compunctiōis/ agnum innocentię/ lactucas pnitētię: ⁊ cętera necessaria ꝓcurando. s ¶Et cum facta esset hora/ māducādi: t ¶Discubuit: sc̄z in vespera post solis occubitum: id est ꝑfectis ꝓperitatis occasiuz. Odiu em̄ dies est in anima: id est lux mundanę ꝓperitatis/ non vult ibi dominus manducare. v ¶Et duodecim discipuli cum eo: discubuerūt ad cēnādum in eadē mensa: alij vero discipuli minores erāt in alia mensa. Moraliter. v ¶Duodecim discipuli: id est vniuersitas sanctarum cogitationum ⁊ pioꝝ desideriorꝝ. x ¶Et ait illis/ duodecim discipulis: id est cogitationibus ⁊ desiderijs disciplinatę mentis. y ¶Desiderio desideraui: id ē duplici desiderio optaui: ś ¶Hoc pascha manducare vobiscum: scilicet vetus ⁊ nouum. Unde alterum desiderium est ꝓpter veteris hominis cōsumptionē: alterum ꝓpter noui hominis reparationem. Sicut enim ibi nouū pascha succesit veteri: ita in pgni tentia nouus hō succesit veteri. Et vtrūq̄ desiderat Iesus: id est salus: scilicet veteris hominis destructionem ⁊ noui reparationē. a ¶Antequā patiar: id est anteq̄ moriar: quia postea nō potest fieri phase: id est trāsitus ad dominū. Eccl. .xvij. d. Ante mortē cōfitere: a mortuo quasi nihil perit cōfessio ⁊c. b ¶Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud: sc̄z vetus pascha. d ¶Donec impleatur in regno dei: id est ecclesia. Beda. Nō vltra mosaicū pascha celebrabo/ donec in ecclesia quę est regnum dei spiritualiter intellectū compleat ⁊c. id est donec sacramentū dominici corpis ⁊ sanguinis in veteri pascha spiritualiter intellectū ab ecclesia celebret. Moraliter. b ¶Dico enim vobis: quia ex hoc: id est post hāc vitam: c ¶Non manducabo illud: id est nō occidam veterem hominem ⁊ assumam nouum: nisi hic fiat ante mortem. d ¶Donec impleatur in regno dei. Tūc em̄ erit plenum gaudium de plena veteris hominis occisione ⁊ noui restitutione. Usq̄ tūc em̄ nec vetus homo plene destruetur: nec nouus plene restituetur. Unde Roma. vij. d. Conde/ lecto: legi mentis meę ⁊c. Et hęc pugna durabit inter nouum ⁊ veterem q̄diu durabit vita ista. Unde clamat ibidem apostolus: Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Sequitur: e ¶Et accepto calice ⁊c. Dominus celebrans pascha cum discipulis suis dixerat se nō manducaturum illud pascha donec impleretur: id est donec significatuz eius manifestaretur/⁊ figura cessaret: quia hęc est impletio figurarum: scilicet manifestatio veritatis. Sicut ergo ꝓdixerat de agno paschali/ quia nō manducaret illum donec impleret: sic ⁊ de potu: id est donec sub forma vini ⁊ aquę sanguis christi ab ecclesia generaliter sumeret/ sicut corpus sub forma panis: ⁊ sub vtraq̄ forma totus christus sumeretur. De cibo quidem paschali ad litteram legitur/ Exo. xij. b. quia comedebant carnes agni et azymos panes cum lactucis agrestibus: id est cum succo de lactucis exꝓsso: in quo intingebat quasi in quodam iure. De potu autem nō memini me legisse. Sed licet nō legatur: tamē quia nō poterāt comedere sine potu. Et sicut cibus erat sacramentum: ita ⁊ potus. Sicut etiam Glo. Bedę videtur hic innuere. Qz autem de calice figurali hic loquatur: patet ex eo quod ait. Et diuidite inter vos. Constat vero quia verum calicem: id est calicem sanguinis sui/ille qui sanctificauit singulis ꝓpinauit. Dicit ergo: Et accepto calice/ veteri siue figurali non consecrato: Nam de nouo consecrato dicetur postea. f ¶Gratias egit. Glo. supplet q̄ minus est in littera. Ostendit enim de quo ageret gratias sc̄licet de transitu veterum ⁊ de substitutione nouorum. ij. Corinth. v. a. Uetera transierūt: ecce facta sunt omnia noua. Itē/ Gratias egit/ de sui officij consummatione: de humani generis liberatione: de hostis victi humiliatione. Hoc autem fecit vt dicit Gregorius: vt ostenderet q̄ equanimiter vnusquisq̄ debet flagella ꝓprię culpę sustinere: cum ipe lętanter sustinuerit flagella culpę alienę. Nos enim peccauimus ⁊ ipse sustinuit pgnam. Esa. liij. b. Vere languores nostros ipse portauit. Quicūq̄ igitur flagellatur a domino/ libenter debet sustinere/ immo lętanter: quia per hęc flagella temporalia vitat ętterna. Michęę. vij. b. Iram domini portabo: quoniam peccaui ei: donec causam meam iudicet et faciat iudicium meum.

E G a ¶ Et dixit: accipite & diuidite inter vos: vt quilibet parum bibat: non vnus totū. In quo reprehenduntur diuites huius mūdi: qui totū comedūt & nihil vel parū dant pauperib⁹. Unde. Luc.xvj.c. Homo quidam erat diues q induebatur purpura et bysso: & epulabatur &c. b ¶ Dico em̄ vobis &c. Hoc exponit quattuor modis. Primo mō ad lrām. Dederat em̄ dñs discipulis suis bibere: Et possent dicere/ vel forte dixerunt ei: Dedisti nobis bibere: tu q̄re non bibis? Et respōdēs dñs ait: Nolo: Dico em̄ vobis q non bibā de generatione vitis .i.

Matth.26.c
Marci.14.c

a et dixit: Accipite et diuidi-
b te inter vos. Dicō enim vo-
bis q nō bibā de generatio-
c ne vitis donec regnū dei ve-
d niat. Et accepto pane gra-
e tias egit et fregit & dedit eis
f dicēns: Hōc ē corp⁹ meum
g qd pro vobis †dat. Hōc fa-
h i k cite in meā cōmemorationē.
l m Siliter & calicē pōstq̄ cena-
n uit dicēs: Hic ē calix nouū
o testamētū in sanguine meo:

Al.† tradet

de vino materiali: c ¶ Donec regnum dei veniat. i. vsq; post resurrectionē: quādo ipse venit in regno suo: tūc bibit ipse & comedit cum discipulis suis: vt dicit Beda: licet in euāgelio nō inueniat expressum q ipse biberit. Secundo modo exponit mystice: scdm quē modū vitis dr̄ synagoga: generatio vitis/ legaliū obseruantia. Et est sensus: Hucusq; bibi de generatione huius vitis: id est accepta habui sacrificia legis: amodo nō bibam: id est decetero nō erunt mihi accepta. Donec veniat regnum dei. i. donec appropinquet finis mūdi: qn̄ regnū veniet ad regnū: tunc bibā de generatione illius vitis innouate per baptismū. Tertio mō scdm Amb. Uitis est humana natura: generatio vitis humani generis mortalitas. De generatione huius vitis bibit dñs: quādo humanā naturā mortalem assumpsit. Et est sensus: Dico vobis q nō bibam/ amodo/ de generatione/ huius/ vitis: id est nō resumā corp⁹ mortale & aīam passibilem. Donec veniat regnū dei: id est donec resumā illa immortalitatis & impassibilitatis gloria innouata: qd est regnū dei. Quarto mō vitis est ppl's iudaicus: generatio vitis est inueterata malicia illius: de qua bibit dñs calicem passionis: & in fine bibet de generatione eiusdē vitis gaudium de cōuersione illius. Unde sensus est: Non bibā/ amodo/ de generatione vitis: id est nō sustinebo amplius a populo iudaico angustias passionis. Donec veniat regnum dei: id est finis mūdi: & tūc bibam de generatione huius vitis gaudiū sue cōuersionis. Moraliter. Sic nō est bibendū de calice donec venerit regnū dei. i. gratia christi que regnare facit. ij. Paral.xxx.c. Magna pars ppl'i que sanctificata nō fuerat comedit phase: nō iuxta qd scriptum est: & orauit &c. Eccl. xiiij.c. Particula diei bone &c. Numeri.ix.a. Quare fraudamur &c. d ¶ Et accepto pane &c. Beda. Finitis veteris pasche solēnijs/ transit ad nouū qd in sue redēptionis memoria ecclesiam frequētare desiderat: vt pro carne & sanguine agni sue carnis et sanguinis sacramentū in panis & vini figura substituat: Frangit & porrigit/ vt ostendat sui corporis fractionē nō sine sua spōte futurā: agit gratias de veteribus terminatis/ & nouis innouandis vel incipiendis. Dicit ergo: Et accepto pane gr̄as egit. Chrys. Erudit nos/ quecūq; patimur cū gratiarūactione ferre. e ¶ Et fregit & dedit eis: gratis nō vendidit. Matth.x.a. Gratis accepistis/ gratis date. Iudas vendidit eū adhuc mortalē triginta argēteis: multi sacerdotes vendūt eū iam immortalem p vno denario. S; dominus eiecit vendētes & ementes de templo: Joh.ij.c. f ¶ Dicens: hoc. Amb. quod sub specie panis apparet: est corpus meū. Hic est solutio q̄stionis: Exo.xvj.d. Manhu: id ē qd ē hoc? Hoc est corpus meū. Chrys. Quis pastor pprijs membris nutrit oues? Et.j. Matres qnq; tradūt filios educādos. ipse hoc nō tulit: s; quos genuit p semetipm nutrit. Hic solet q̄ri/ qbus verbis dñs panē trāssubstātiauerit in corpus suū/ & qn̄: vtrū. s. añ fractionē aut post. Si dicat q his verbis confecit dñs: Hoc est corpus meū: scdm hoc videt q cōfecit post fractionē: q2 hec verba sequunt verbū fractionis: & ita ecclesia nō tenet formā dñi. Si dicat q alijs verbis cōfecit dñs: ex hoc iterū habeo q ecclesia nō habet formā dñi in cōficiēdo: qd videt inconueniēs. Sol. Sup hac q̄stione quadruplex est opinio: licet vna sola sit vera. Quidā dicūt q dñs bis dixerit hec verba: Hoc est corpus meū. Primo dixit ea secreto: & tūc confecit: & postea iterauit eadē verba alte: & tūc tradidit ap̄lis formā ꝯficiendi. Scdm istos ꝯstruit littera hoc mō. Accepto

F

Moraliter

Quasi in boc q ipse in ppria psona frāgit: notat q de ppria voluntate corpus pprium fregit: id ē passioni exposuit.

G† pane gr̄as egit secreto/ dicēs: Hoc est corpus meū. Et deinde fregit & dedit eis iterū/ dicēs: Hoc est corpus meū. Alij dicūt q dñs tm̄ semel dixit illa verba & simul ꝯfecit & tradidit ap̄lis formā conficiēdi. Scdm istos sic debet fieri ꝯstructio littere: Accepto pane gr̄as egit dñs bñdicēs panē signo crucis: & fregit & dedit eis/ dicēs: Accipite/ hoc est corpus meū. Et hoc dicēdo/ simul cōfecit et tradidit formam cōficiēdi. Scdm hanc opinionē fractio panis p̄cessit ꝯfectionē. Alij dicūt q domin⁹ v̄tute diuina sine aliquib⁹ v̄bis confecit: id est panē in corpus suū trāssubstātiauit: & postea tradidit ap̄lis formā conficiendi & virtutē verbis. Scdm hos ordo littere planus est: Accepto pane gratias egit cōficiens sola volūtate sine verbis/ et fregit postea & dedit eis dicēs: Accipite hoc est corpus meū. Quarta opinio est/ q dñs tm̄ semel dixit illa verba: Hoc est corpus meum: & q simul confecit & tradidit formam cōficiendi & tradidit virtutē verbis: et q consecratio panis precessit fractionem: & oīno sic fecit dominus vt ecclesia facit. Et fit ꝯstructio littere hoc modo: Accepto pane gratias egit dñs dicēs: Hoc est corpus meum qd pro vobis tradetur: & fregit postea & dedit eis. Hec opinio magis placet mihi. In his igit verbis solis: Hoc est corpus meum/ est virtus conficiendi: tamē ecclesia addit/ enim: qd tamen non est de substantia verborum: tamen quia ecclesia apponit/ non est omittendum. Solet etiam queri: quale corpus dedit: vtrum passibile vel impassibile. Et dicendum q sicut modo tale dat quale est. s. impassibile & immortale: ita tunc tale dedit quale erat: id est passibile & mortale: non tamē patiebatur quādo comedebatur. Item solet queri: vtrum ipsemet comederit corpus suum & biberit sanguinē suum. Et dicit Chrys. q sic: qd etiam dicit apostolus Heb.ij. d. Pueri cōmunicauerunt carni & sanguini/ & ipse similit participauit eisdē. Unde versus. Rex sedet in cena turba cinctus duodena: Se tenet in manibus/ se cibat ipse cibus. Nota ergo q tunc instituit dñs hoc sacramentum/ & sic ea die instituta est missa. Unde eadem die officium misse plene celebramus cum omnibus ornamentis & ministris: ita q nihil horum deest que celebrationi misse solēt adhiberi: quia incongruū esset de solennitate misse aliquid ea die pretermitti qua instituta ē. Tamē in tribus illis diebus horas diurnas & matutinale officium semiplene celebramus: quia nec more solito incipimus/ nec more solito terminamus: Pretermittimus enim psalmū: Uenite exultemus dño: & Benedicamus dño. Nota etiam q ea die fit olei & chrismatis consecratio: ad repsentandum q ea die facta est ab hebreis postium linitio: q2 sicut sanguine agni liniti sunt postes: ita chrismate modo inungunt frontes. Modo psequere: g ¶ Hoc est corpus meū qd pro vobis: id est vice vestri qui peccastis: vel pro vobis habendis quasi precio passionis mee. Ps. Precium meum cogitauerunt repellere &c. h ¶ Datur. Job.xxxj.d. Si nō dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnib⁹ eius vt saturemur. Chrys. Amabilis fuit sitis iob. i ¶ Hoc facite. Glo. id est accipite & date: vt ponatur/ hoc/ discretiue: quasi hoc & non illud. k ¶ In meam cōmemorationē. j. Cor.xj.f. Quotienscunq; manducabitis panem hunc & calicem bibetis/ mortem domini annunciabitis donec veniat. l ¶ Similiter & calicem. Beda. s. dedit illis. m ¶ Postq̄ cenauit dicens: hic est calix. Calix dico confirmans: n ¶ Nouum testamentum. Beda. Nouum dicit ad distinctionē veteris quod sanguine hircorum & vitulorum dedicatum est. Exod.xxiiij.b. Sumptū sanguinē respersit moyses in populum/ & ait: Hic ē sanguis federis qd pepigit dominus vobiscū. o ¶ In sanguine meo. Glo. Quia impossibile est sanguine hircorum peccata tolli: Heb.x.a. Chrys. Quomodo non horruerunt? Respondeo: quia predixerat hoc sepe: Joh.vj. Itē/ In sanguine meo/ quem do vobis in potum: sicut corpus in cibū: Joh.vj.f. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Sed iudas & ei similes. i. auari nō satiantur hoc cibo. Prouer.xiij.d. Justus comedit & replet aīam suaz: venter aūt impiorum insaturabilis. Alij sic ordinant litterā: Hic est calix in sanguine meo: id est sanguis meus in calice: vt fiat hypallage. Sanguis dico confirmans/ nouū testamentū.

Uersus
b

Ps.61.

G Qui pro vobis



A B a ¶ Qui pro vobis/ & filibus: imo p oībus quo ad sufficiētiā: p fidelibus solū q ad efficiētiā. j. Joh.ij.a. Ipse ē ppitiatio p pctis nr̄is: nō p nr̄is tm̄ s; p totius mūdi. b ¶ Effundetur: a p̄re pmittēte vel exponēte/ a diabolo suggerente/ a iuda vendēte/ a iudeo pcurāte/ a pilato post flagella tradēte ad iudicādū & crucifigendū. Uel/ Qui p vobis effundet: id est p salute vr̄a fundet. S; tm̄ vnus vr̄m est p cuius salute nō fundet. Unde subditur: c ¶ Ueruntamen &c. Sicut de passiōe p̄dixerat: ita p̄dicit de pditiōe. Hoc aūt fecit triplici ex causa. Primo: vt ostēderet se esse deū q futura p̄uidit.

Al.† tradet
Matt.26.b.
Marci.14.c

Christus proditionem p̄dixit triplici de causa.

a b qui pro vobis †effundetur.
c Ueruntamen ecce manus tra-
dentis me/ mecum est in mē-
d sa. Et quidez filius hominis
e f sm quod definitum ē vadit.
g Ueruntamen ve homini illi
h p quem tradet. Et ipsi cepē-
rūt querere inter se/ quis es-
set ex eis q hoc facturus es-
i set. Facta ē aūt & ꝯtentio int
eos/ qs eoꝝ videret esse ma-
k ior. Dixit aūt eis: Reges gē
l tiū dn̄ant eoꝝ: et qui potesta
m tem habent sup eos benefici
n vocant. Uōs autem nō sic:
o Sed q maior est in vob fiat

Secūdo: vt ostēderet se spōtaneū pati: q2 p̄cauere poterat. Tertio: vt iudas vidēs se nō posse latere/ peniteret ppositi mali. Nō tñ designauit eū dñs ex noīe/ ne manifeste correctus impudētior fieret: qd de plerisq; cōtingit: & vt nobis exēplū daret. Tripliciter aūt notauit dñs pditionem: vt melius patet in textu matthei. Primo generalit/ qn̄ dixit: Unus ex vobis me tradet. Secūdo specialit/ qn̄ dixit: Manus tradentis me/ mecū est in mensa. Tertio singularit/ qn̄ dixit: Tu dixisti. Itē reuocauit dñs iudā quattuor modis: vt patet in lrā. Primo p criminis expssionē/ cū dixit: Qui p vobis tradet. Secūdo p pene cōminationē/ cū dixit: Ue homini illi. Tertio p corporis & sanguis sui cōmunicationē. Nā iude sicut alijs discipulis cōmunicauit dñs corp⁹ & sanguinē suū: vt dicit Augustinus: licet Hilarius cōtradicere videat. Quarto p humilē respōsionem/ qn̄ dixit: Amice ad quid venisti? Matth.xxvj.e. Mollis em̄ respōsio frāgit irā: Prouerb.xv.a. Et Eccl.vj.a. Dulce verbū multiplicat amicos: & mitigat inimicos: S; iudā nō potuit mitigare. Ueruntamen ecce manus tradentis me/ mecum est in mensa. Un̄ dictū est: Homo pacis mee in quo speraui: q edebat panes meos magnificauit super me supplātationem. Ecce quia post datā apostolis eucharistiā/ statim subdit de iuda/ dicēs: quia p̄sens erat in mēsa: apte videt velle lucas q susceptioni eucharistie interfuerit iudas: & ita suscepit: & ita volūt fere oēs sancti. S; btūs Hilarius hoc negat: & adheret duobus verbis dñi. Ait em̄ dñs loquens ad eos qbus calicem ppinauerat: Nō bibā amodo de hoc genimine vit. vsq; in diē illū cū illud bibā vobiscū nouū in regno patris mei: Certū est autem quia nō bibit cum iuda. Adheret etiā illi verbo: Qui p vobis effundet. Nō em̄ loquebat dñs nisi de effusione efficaci. Moraliter. c ¶ Ueruntamen ecce manus tradentis me/ mecum est in mensa. Hoc silr posset dicere hodie de multis sacerdotibus in mēsa altaris. Ps. Homo pacis mee &c. Chrysostomus. Qui tūc fecit illa in cena: hic & nūc opat ea. Hec est illa mensa & nihil minus habet: nullus assit iudas/ nullus auarus: q est recedat: cū discipulis inquit facio pascha. Et.j. Oue multā sordez in ore ferentē nō sineres sordidare riuum tibi cōmissum. Et.j. Sanguinem meū effundā prius q̄ tradā dominicū sanguinē p̄ter id qd dignum est. Malach.j.b. Ad vos o sacerdotes q despicitis nomen meum & offertis sup altare meum pollutū panez. Et.j.d. Mēsa dñi cōtaminata est & qd supponit &c. Chrysostomus. Quali honoratus es honore: qua potiris mensa quā angeli videntes horrescūt: & neq; sine timore respicere audent ppter cā que inde fert coruscationem. Sequit: d ¶ Et quidem filius hominis scdm/ hoc supple: e ¶ Quod definitum est: id est ab eterno puisum. f ¶ Uadit/ ad passionem: & p passionem ad gloriam. j. vlt. d. Nōne oportuit christum pati & sic intrare in gloriam suam? g ¶ Ueruntamen ve homini illi per quem tradetur. Beda. Exemplo iude filium hois tradit: qui illud inuiolabile dñici corporis sacramentum violare p̄sumit/ vel indigne sumendo/ vel indigne tractando. His em̄ duobus modis tradit aliquis christum. Uendit: id ē alienat a se: q eius timore & amore neglecto caduca amare cōuincit & criminosa. h ¶ Et ipsi ceperunt querere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Licet nō haberent cōscientiā huius facti/ tamen q̄rebant. Un̄ Beda. Nouerāt vndecim q nil tale cogitauerāt: s; plus credūt magistro q̄ sibi: & timētes fragilitatem suā anxij q̄rūt de peccato cuius nō habent cōscientiā: Sic & nos cum peccatum cōfitemur/ licet in nullo simus ꝯscij: plus tamē de nobis debemus deo credere q̄ nobis. Sequit: i ¶ Facta est autem et contentio inter eos quis eorum videretur esse maior. Secūda pars capituli: in qua agit de cōtentiōe discipulorū. Beda dicit q hec cōtentio habuit ortū ex eo q dñs secum duxerat in montē/ petrū/ & iacobum/ & iohānē quasi aliqd secretum eis cōmissurus: vt dicitur Matth.xvij.a. Itē q2 pmiserat petro se daturū claues regni celorū: Matth.xvj.c. Et hoc audierāt ceteri: vn̄ putabāt vel petrum omnibus vel illos tres ceteris esse p̄ferendos. Et de hoc disputabāt in via: vt dicit Marc.ix.e. Prius autem cogitauerāt: Un̄. s. ix.f. dicitur: Intrauit cogitatio in eos qs eorum videret esse maior. Et post cogitationē fuit disputatio/ que vocat hic cōtentio. Postea accesserūt ad dominū & dixerunt ei suā disputationem vt determinaret. Un̄ Matth.xviij.a. In illa hora scz post disputationem/ accesserūt ad iesum discipuli/ dicentes: Quis putas maior est in regno celorū? Que autem fuerit causa cōtentiōis: vtrū scz ambitio dignitatis vel amor humilitatis q̄ tūc vnus alium p̄uenire honore volebat/ dicit Beda/ nō esse cognitum: q2 potuit esse q inter se cōtenderent de exhibitione reuerentie: quia quisq; volebat alium sibi p̄ferre: ac si diceret alteri: Uos primo sedebit. Chrysostomus videt dicere q ambitio fuit causa. Un̄ dicit: Passi sunt aliqd humanum discipuli de p̄ncipatu cōtendētes. S; certe ista ambitio nō fuit peccatū: q2 nō de p̄ncipatu terreno fuit. Un̄ Chrysostomus dicit: Uide quia de p̄ncipatibus terrenis nō cōtendūt/ s; de spūalibus in celo: hoc autem infirmitatis erat: Nos autem neq; ad infirmitatē illorum puenimus: Nō em̄ querimus quis est maior in regno celorū: s; quis est maior/ quis copiosior/ quis potētior in regno terre. Hoc autem phibet Eccl.vij.a. Noli querere ab homie ducatum: neq; a rege cathedram honoris. k ¶ Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum/ q subditi sunt eis: p potentiam eos humiliantes. l ¶ Et qui potestatem. Glo. largiendi/ habent: m ¶ Benefici vocātur: id est benefacientes. Uel: id est beneficia conferentes. n ¶ Uos autem non sic. Glo. Quia etiam eoꝝ que distribuitis nō auctores s; dispēsatores estis. j. Corinth.iiij.a. Sic nos existimet homo vt mistros christi: & dispensatores ministeriorꝝ dei. Chrysostomus. Principes mūdi ideo fiūt vt dominent minoribus suis/ p̄ncipes autem ecclesie vt seruiāt minoribus suis/ vt suas vtilitates negligant & illorū pcurent: vt neq; mori recusent p salute eoꝝ. Primatum secularem appetere/ & si ratio non est/ vel causa est: p̄ncipatum autem ecclesie cōcupiscere/ neq; ratio est neq; causa: quia neq; iustū neq; vtile est. Quis em̄ sapiens festinet se subijcere seruituti & tāto periculo/ nisi q forte nō credit dei iudiciū: vel q deum nō metuit impios puniturum. Item Chrysostomus. Or differētia facta est in hoc seculo: non dico sanctitatis/ s; dignitatis/ vt alter sit ep̄s/ alter sit clericus/ alter laicus &c. cōtumacia carnis cogit & puersitas mūdi & occulta opatio inimici. Et.j. Reuera honores vident esse: s; ministeria sunt. Sicut videt honor esse oculi q illuminat corpus: nō est autem s; ministeriū: ideo dominus corpis nō magis pedem cōtemnit q̄ oculū. Itē Chrysostomus. Homo quod membrū habeat honorabile/ & quod inhonestum cognoscit: ipm autem membrū hoc de se non cognoscit/ ne sit schisma in corpore: sic differētiam inter sanctos christus cognoscit: cuius membra sumus omnes: ipis autem sanctis non est concessum vt cognoscant differentiam suā adinuicē. o ¶ Sed qui maior est/ in virtutibus/ in vobis: fiat sicut iunior. Chrysostomus. Quicūq; desiderat p̄matum celestem/ sequat humilitatem terrestrem: quicūq; autem desiderauerit p̄matum in terra/ inueniet confusionem in celo. Prouerb.xxix.d. Superbum sequit humilitas: id est deiectio. Chrysostomus. Primatus fugientē se desiderat: desiderātem q2 se horret. Eccl.xj.b. Si secutus fueris/ nō apprehendes &c. Est em̄ similis vmbre honor mūdanus & laus popularis. Unde versus. Si sequeris fugiet/ s; si fugeris vmbra sequetur: Sic captata fugit laus & contempta tenetur. Eccl.xxxiiij.a. Quasi q apprehendit vmbram & psequit ventum: sic qui &c.

Dominus iudam quattuor modis reuocauit.

Ps.40.

B

Moraliter

Ps.40.

Matth.20.b
Marci.10.f.

C

D

Uersus

G Et q p̄cessor est/

Universidad de Deusto
Biblioteca



E F a ¶Et qui p̄cessor est/gradu dignitatis: Fiat/ b ¶Sicut ministrator/humili reputatione. Eccl.iii.c. Quāto magnus es:humilia te in omnibus. Numeri.viii.d. Erunt leuitę ministri fratrum suorum in tabernaculo federis. c ¶Nam quis maior est/humano iudicio: d ¶Qui recumbit/an qui ministrat:q.d.

qui recumbit maior est quo ad iudicium mundi: sed quo ad iudicium dei aliter est. Nam qui ministrat sępe maior est apud deū: vt pater in christo:quem debem⁹ sequi. Ūn Chryſ. Nō est verus discipulus qui non imitatur magistrum: nec est vera imago quę similis nō est auctori. Et.ſ. Domino paupertatem amāte/qui diuitiarum amator est repellit a se christi similitudinem. Beatus Bern̄. Age nunc sequere ducem tuum .ſ. lucifer:multiplica przbēdas:accelera ad archidiaconatum:ad episcopatum aspira:paulatim ascendes/sed non paulatim descendes. Videbam inquit dominus sathanam sicut fulgur cadentem de cęlo.ū.p.c. e ¶Nonne qui recumbit: Ita vidētur ꝑm iudicium seculi:qō iudicat ꝑm faciem. Sed aliter est ꝑm iudicium dei:qui iudicat ꝑm veritatem.i. Regl.xvi.b. Homo iudicat ea quę parent/deus autem intuetur cor. f ¶Ego autem in medio vestrū sum sicut qui ministrat.q.d. Ego ministro vobis: qui tamen maior sum vobis. Et potest specialiter intelligi de ablutione pedum. Nota etiam q⁹ graviter arguendi erant: quia talis ambitio dominū non debuit esse inter discipulos/ qui venerant ministrare non ministrari: tamen pius z mansuetus magister eos non arguit/ ſz eis formam humilitatis ꝓposuit. Debet autem habere prælatus maternam pietatem et paternam feritatem:ne vł nimis austerus sit vel nimis remissus. Ministrat autem dominus in prędenti fercula gratię et in futuro fercula glorię.ō.xii.e. Ūmē dico vobis q⁹ przcinget se dominus.ſ.z faciet illos discumbere z trāsiens ministrabit illis. Matth.xx.d. Filius hominis nō venit ministrari ſz ministrare. g ¶Vos autem zc. Domin⁹ dixerat se ministrantē:nunc ostendit discipulos recumbentes: z supponit causam:quia.ſ. permanserunt cum eo in temptationibus suis. Unde dicit: Vos autē.q.d. ego ministro z vos recumbetis. b ¶Autem:id est quia: g ¶Vos estis qui permansistis: id est perfecte mansistis: l ¶Mecum in temptationibus meis:id est quas ꝓpter me sustinetis. Quas dōs dicit suas:iuxta illud: Quod vni ex minimis meis fratribus fecistis/mihi fecistis. Matth.xxv.d. Et.ō.p.c. Qui vos spernit me spernit. n ¶Et/ideo/ego dispono vobis

Octo faciūt cōuiuiū laudabile.

zc. Octo notantur in hac auctoritate quę faciunt conuiuium laudabile. Primū est seruitoris nobilitas z compositio. Secundum est seruitoris ordinata positio. Tertium conuiuarū honestas. Quartum vultus hilaritas. Quintum/ inuitantis auctoritas. Sextum/ loci amęnitas. Septimum/ mensę fecunditas. Octauum loci securitas. Primum notatur per/ Ego. Secundum per/ dispono. Tertium per/ vobis. Quartum: per:sicut. Quintum per/ pater meus. Sextū per/regnū. Septimum per/edatis z bibatis. Octauū per/super mēsam meam. Nihil ergo decrit illi conuiuio: z ideo gloriosus est interesse. Et de hoc dicitur Esa.xxv.c. Faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium/conuiuium vindemię pinguium medullatorum/vindemię defecatę. Hester.i.a. Tertio anno ꝑcrū sui fecit assuerus grāde conuiuium cunctis ꝓncipibus z pueris suis zc. Dicit ḡ: g ¶Vos autem/discipuli mei: qui intratis scholas meas z auditis lectiones meas. i ¶Estis:quia veri estis participes. k ¶Qui permansistis:id est perfecte mansistis/ affectu.ſ. et effectu:seu mente z corpore. l ¶Mecum: cum quo ꝓmaniere tunc non erat tutum: quia pauper erat z odiosus ꝓncipibus z iudęis: et omnes cum persequebantur. Sed videtur q⁹ non permanserunt cum domino discipuli: quia fugerūt omnes ipso relicto. Unde Job.xix.b. Mori mei quasi alieni recesserunt a me: derelinquēt me propinqui mei. Item Zach̄.xiii. d. Percute pastorem et dispergentur oues. Et ipsemet ꝓponit hoc Matth.xxvi.c. de dispersione discipulorum. Solo. Mulier in brzui reuersa non dicitur diuertisse. Unde in hoc apparet christi liberalitas: qui dicit discipulos secū ꝑmansisse perfecte quia cito redierunt. In quo etiam docet non debere improperare peccatum alicui pęnitenti. Eccl.viii.a. Ne despicias hoīem auertentem se a peccato/neq; improperes ei. Sequitur: m ¶In temptationibus meis: id est in tribulationibus z angustijs quibus dominꝰ tęptat suos. Eccl.xxvii.a. Vasa figuli ꝓbat fornax: et homines iustos remptatio tribulationis. Sap̄.iii. b. Tanq̄ aurum in fornace ꝓbauit illos: z quasi holocausti hostiā accepit illos zc. De tęptationes sunt via per quaz ventur ad dictum conuiuiū. Et per hanc intrauerunt quotquot peruenerunt ad illud. Unde.iii. Regl.xix.b. Cum surrexisset helias comedit z bibit: et ambulauit quadraginta diebus z quadraginta noctibus in fortitudine cibi illius vsq; ad montem dei oreb: qui interpretatur mensa. Helias typum gerit hic pęnitentis qui surgit a somno peccati per timorem. Unde Eccl.i.c. Timor domini expellit peccatum: Nam qui sine timore est/ nō potest iustificari. Deinde comedit per peccatorum recordationem. Panis autem qui comeditur est dolor. Pō. Surgite postq̄ sederitis qui mānducatis panem doloris. Postea bibit aquam lachrymarum. Prouer.v.c. Bibe aquam de cisterna tua. Cisterna est cor humile. Unde aqua de cisterna ē lachryma de corde humili effusa. Postea ambulauit per satisfactionem operis/quadraginta diebus et quadraginta noctibus: id est toto tpe vitę hȳentis in fortitudine cibi illi⁹ vsq; ad montē dei oreb/ vbi est iam dictum conuiuiū. Sequitur:

n ¶Et ego: cui angeli seruiūt: cuius pulchritudinē sol z luna mirantur: o ¶Dispono.i. przparo cōuiuiū. p ¶Tibi/qui meruistis. Job.xiii.a. Vado vobis parare locum. q ¶Sicut disposuit mihi pater meus: id est hilariter z largiter: z eodem ordine z eodem przcio. Matth.xx.c. Potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum. r ¶Regnū. Hic est locus cōuiuij securus z amęnus et omni bono copiosus. Hester.i.a. Jussit assuerus septē diebus cōuiuiū ꝑparari in vestibulo horti z nemoris qō regio cultu z manu consitum erat: z pendebant ex omni parte tentoria acrei coloris z carbasini ac hiacinthini sustentata zc. Esa.xxii.d. Sedebit ꝑps meus in pulchritudine pacis et in tabernaculo fiducię/ in requie opulenta. Unde sequit hic: s ¶Ut edatis/panē vitę.ē.xiii.d. Beatus qui manducabit panem in regno dei. t ¶Et bibatis/vinū interne z eterne lętię. Cant̄.v.a. Bibi vinum meū cum lacte meo. Prouer.ix.b. Venite comedite panē meū z bibite vinū meū qō miscui vobis. Cāt.v.a. Comedite amici z bibite z inebriamini charissimi. Eccl.xxiii.c. Qui edunt me adhuc esurient zc. Matth.v.a. Beati q̄ esuriūt z sitiūt zc. v ¶Super mēsam meā: ḡ oibus z solis electis parata est. Pō. Munqd z panē poterit dare aut parare mēsam ꝑps suo: Hēsa metaphorice intelligit bēdicto eterna. Non erit ad īram erit mensa in regno dei: qz tunc nō erimus sales.i. cibo⁹ alimonia egētes. In ꝺ erravit cherintus.

r ¶Et sedeatis: vt iudices z assessores iudicis. y ¶Super thronos/duodecim: super oēs fideles qui vobis crediderunt. Chryſ. Omis christianus qui suscipit verbum petri/ thronus petri est. Pō. Quia illic sedērūt sedes in iudicio sedes sup domū dauid. z ¶Iudicantes duodecim tribꝰ israel. i. vniuersos iudicādos. Quattuor erūt ordines erūt in futuro iudicio. Duo saluādoz: z alii duo dānādoz. Saluandoz nāq; quidā iudicabūt z non iudicabunt: vt apli z imitatores eorum. Ūn Piero⁹. Omnes qui ad exemplū aplorum sua reliquerunt pro christo/iudicabūt cum eo. Matth.xix.d. Vos q̄ secuti estis me in regeneratione cū sederit filius hoīs in sede maiestatis sue/sedebitis z vos iudicantes duodecim tribus israel. Alii iudicabūt z iudicabunt: vt illi qui ꝺ̄nabꝰ suis bene vsi sunt: quibus dicet: Esuriui z dedistis mihi manducare zc. Matth.xxv.c. Similit dānandoz̄ quidā iudicabunt z damnabunt: vt mali fideles. Johel.iii.a. Congregabo oēs gētes in valle iosaphat: z disceptabo ibi cū eis. i. cū aliębus coz. Alii damnabunt z nō iudicabunt: quia iam iudicati sunt: quia manifesta est eorum damnatio: vt infideles. Joh.iii.c. Qui non credit iam iudicatus est. Pō. Ideo nō resurgent impij in iudicio. i. vt iudicent vel iudicent. Sequit:

¶ Dit autem dñs

Matth.19.d

Pō.126.

Pō.121.

Pō.1.



Dulce cū venerant de ciuitate: quia ꝓpe erat locus crucifixionis: Alij ex amore et pietate/alij ex malicia ⁊ impietate: alij ex sola curiositate. Sic et modo iusti sunt spectaculū omniū. j. Cor. iiij.b. Spectaculū facti sumus mūdo ⁊ angelis ⁊ hominib°. b ¶Et videbāt quę fiebāt percutientes pectora sua reuertebantur. Huiusmodi percussio pectorū/⁊ exclamatio vocis facta a centurione/in canone repręsentat/vbi dicit sacerdos: Nobis q̄z peccatoribus: ⁊ tūdit pectus/⁊ aliquantulū extollit vocē suā. Et nota quia alij percutiebant pectora dolentes eū iniuste occisū: Alij q̄ timebant eū amplius morte glorificari: illi. s. qui cōsenserant in mortem eius ⁊ eā ꝓcuraverant: reuertebantur domū/viso miraculo territi. Alij nō solum domū reuertebantur/sed etiā ad cor pęnitendo: vt centurio ⁊ similes. Unde: Timentes dñm glorificāt. Alij vt iudęi pcutientes pectora soluz silentes domū redeunt: ⁊ tamē dolentes/⁊ timebant eū i morte amplius glorificari. c ¶Stabant aūt omnes noti ei° a longe. Pš. Elongasti a me amicū ⁊ primū ⁊c. Jrez: Qui videbant me foras/fugiebāt a me/⁊ oblitioni datus sū tanq̄ mortuus a corde. Job. xix.b. Fratres meos longe fecit a me: ⁊ noti mei quasi alieni recesserūt a me. Job. vj.a. Necessarij ąq̄ mei recesserūt a me. Prouerb. xix.a. Fratres hominis pauperis oderunt eū: insuper ⁊ amici procul recesserunt ab eo. Esa. lxiij. a. Et de gentibus nō est vir mecū. d ¶Et mulieres quę secutę erāt eū a galilea: stabant supple a longe/hęc videntes. Sed quō mulieres stabant a lōge: cū Joh. xix.c. dicat eas sterilise iuxta crucez iesu? Ad hoc dicit Aug°. Tanto interuallo aberāt mulieres vt ⁊ iuxta dici possent: quia fisto erat in cō spectu earū/⁊ longe cōpatione turbę ꝓpinquioris. Vel forte ꝓmo fuerūt ꝓpe cū beata virgine expłētes/quādo dns cōmēdauit eā iohanni: ⁊ postea longius recesserūt/ꝓter turbaz/vt melius possent videre quę fiebant circa dominū. Chrys. Discipuli fugerūt: istę assuerūt: ⁊ omnia considerauerūt: ąliter clamauit/ąliter expirauit/ąliter petrę scisse sūt. Et postea addit: Imitemur has mulieres o nos viri. Moralit/ vo/istę mulieres q̄ christū sequebant̄ ⁊ ei necessaria ministrabāt: significant ꝓlatos ecclesię: q̄ matrū ⁊ nutricū spūaliū debent habere officiū ⁊ affectū ⁊ sollicitudinē. Usi Paulus. j. Thessal. ij.b. Facti sumus puuli in medio vestrū tāq̄ si nutrix foueat filios suos. j. Cor. iij.a. Sic nos existimet hō ⁊c. Debent etiā sequi iesum cuntē ad passionē: id est imitari cum: vt sicut ipe ꝓ toto populo: ita ipi ꝓ suo grege parati sint mori. j. Joh. iij.c. In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ille ꝓ nobis posuit animā suā: ⁊ non debemus ꝓ fratribus animas ponere. Joh. x.b. Bonꝰ pastor animaz suam ⁊c. Sequitur: e ¶Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio vir bonus ⁊ iustus ⁊c. Jesus emisa voce magna expirauit: ⁊ i morte sua miracula fecit: quod centurio ⁊ alij qui aderant ad spectaculū videntes territi redierunt: ⁊ ioseph ⁊ nicodemus libere potuerunt accedere ⁊ deponere corpus ⁊ sepelire. Joseph iste nobilis erat ⁊ diues: vt dicit Marc. xv.d. Et decurio: vt dicitur hic: id est de curia: ⁊ officiū curię tractans siue administrans: ⁊ ideo potuit habere accessum ad ꝓsidem romanū: quod nō potuisset si esset pauper ⁊ ignobilis. Erat autem discipulus christi/sed occultus: vt dicitur Matth. xxvij.g. Sed circa funeris extrema manifestauit discipulatus. Hic accessit ad pilatum ⁊ audacter petiit si

Moraliter

bi dari corpus iesu: quo obtento sepeliuit in sepulchro nouo/ quod sibi exciderat in petra/hora vespertina parasceues cum nicodemo qui iuuit eum. Iste syndonē habuit/in qua corpº domini depositus de cruce inuoluit. Nicodemus attulit myrrham ⁊ aloes: quia hęc duo amaritudine sua arcent vermes a cadaueribus mortuorū/⁊ ea seruant a putredine. Ideo iudicātes istos duos reos ꝓ officio dñicę sepulturę/ apprehenderūt iosph ⁊ posuerūt eū in carcere: nicodemº fo aufugit. Usi traduntquidam/ sed nō est autenticuz/ domi
d oēs noti ei° a longe: et mulie
res q̄ secutę erāt eū a galilea
c hęc videtes. Et ecce vir no
mie ioseph q̄ erat decurio vir
f bonus ⁊ iustus: hic nō cō

E

nū primo apparuisse ioseph incarcerato: quia solus de discipulis erat incarceratus ꝓ eo: licet hoc in euangelio non legatur. Sic construe: e ¶Et ecce vir nomine ioseph qui erat vir bonus et iustus ⁊c. Modo sume inferius litteram.

F Accessit ad

Mystice. Joseph iste est prelatus: qui debet esse crescens in virtutibus ⁊ hūm ad se ⁊ cētū ad alios: iuxta illud Gen. xlix. c. Filius accrescēs ioseph/filius accrescens ⁊ decorus aspectu. Itē debet esse nobilis/animi nobilitate. Unde Prouerb. vlc. c. Nobilis in portis vir eius: sc̄z ecclesię. Debet etiam esse decurio: id est officiū curię celestis tractare ⁊ administrare. Usi. j. Cor. iiij. a. Sic nos existimet homo vt ministros christi et dispensatores misteriorū dei. Uel etiam debet esse decurio per impletionez decem mādatorū. Debet etiam esse diues diuitijs ecclesię: id est auro sapientię: argento eloquentię: lapidibus preciosis: id est bonis operibus. Unde Prouer. iij.b. Longitudo dierum in dextera ei° ⁊ in sinistra illius diuitię ⁊ gloria. Debet etiam esse discipulus christi: id est de sebola eius: id est debet esse mitis et humilis: q̄ docenꝫ in schola ei°. Matthęi. xj.d. Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. Debet etiā esse ab arimathia: quę interpretat vigilia donationis: id est vigilans circa subditos sibi datos ad custodiaz. Unde. s. u.b. Pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Hic audacter potest petere corpus iesu a pilato: id est a tyrānis libera re ecclesiam/quam ipi multis afflictionibus crucifigunt. Prouerb. xxiiij.b. Eruе eos qui ducuntur ad mortem: ⁊ qui trahūtur ad interituz/liberare ne cesses. Exo. v.a. Ingressi sūt moyses ⁊ aaron ⁊ dixerunt pharaoni: Hec dicit dominus deus israel: dimitte populū meum vt sacrificet mihi in deserto. Sed certe modo nullus est ioseph: quia nullus prelatus audet contradicere tyrannis. Ezechiel. xiij.a. Non ascendistis ex aduerso/neq; opposuistis murum pro domo israel/vt staretis in ꝓlio in die domini. Esaię. lvij.a. Perit iustus ⁊ non est qui recogiter in corde suo ⁊c. Beatus Bernū. Cadit asina ⁊ est q̄ subleuet: perit anima ⁊ non est qui curet. Esaię. lxiij.c. Cecidimus quasi folium vniuersi: ⁊ iniquitates nostrę quasi ventus abstulerunt nos: ⁊ non est qui inuocet nomen tuum qui consurgat ⁊ teneat te. Et hoc est/ e ¶Ecce vir nomine ioseph. Uir debet esse prelatus: id est maritus ecclesię/ non adulter: quia debet querere prolem/non voluptatem. ij. Cor. xi.c. Non ꝓ ro quę vestra sunt/sed vos. Item debet esse vir: id est masculus/non mulier. Item adultus/non puer. Sed econtrario modo. Esaię. iij.a. Dabo pueros principes eorum: ⁊ effeminati dominabuntur eis. Item debet esse vir: id est virtuosus/ non timidus aut pusillanimis. Eccl. vij.a. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates ⁊c. Uersus. Tempore coniugio seu virtute vir esto. f ¶Bonus et iustus. debet esse prelatus: id est simplex ⁊ rectus: benignus ⁊ austerus: pater ⁊ mater: iuxta illud: Verbera patris habes: vbera matris habe. Job. i.a. Uir erat in terra hus nomīe iob: ⁊ erat vir ille simplex ⁊ rectus timens deum ac recedens a malo. g ¶Hic nō cōsenserat/malo. Jaco. iij.d. Bonis ꝓsentiēs.

B ¶ Ab arimathia:

G

H

Arimathia: suscitans dominum dño per grāuactionē

Ubi non est mulier ingemiscit eger: Eccli. 36.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca



E ℣ d ℂ Accessit ad pilatū ⁊ petijt corpus iesu. Chrys. In mortem se tradidit, hostilitatem ad omnes suscipiens. Beda. Si ignotus esset, ad principem nō accederet vt corpus impetraret. Et nota quia idipsuz ꝑ sepulcrus est a ioseph et nō ab apostolis, est ad robur fidei nostre cōtra iudeos: Si enim sepelissent eum apostoli: dicerēt alibi asportasse. Modo resume litterā interpositam. ‖Hic nō consenserat cōcilio ⁊ actibus eorum. Ideo tradūt quidā, sed nō est autenticū ꝙ primus psalmus. ſ. Beatus vir ⁊c. de isto ioseph specialiter scriptus sit. a ℂ Ab arimathia ciuitate iudee. Nomē est ciuitatis quę olim dicebat ramatha in regione thamitica iuxta decapolim. Decapolis regio est trans iordanem. Glo. sup Marc. vij. c ℂ Qui expectabat ⁊ ipse regnū dei: id est gloriam eternam vel dilationē ecclesię. Erat eīn discipulus iesu, sed occultus vtpote pr̄ us inimicitias iudeorū: sed in hoc ex extremo officio minus curat de illis. d ℂ Hic accessit ad pilatum ⁊ petijt corpus ihesu. Hucusq; sicut patet est suspensiua constructio: ⁊ ꝑpter longā interpositionē appositū est hoc ꝙnome: ‖Hic.

Hinc ē ꝙ nouus miles iussus habet deponēdi suspensos

Moraliter

a ℂ Ab arimathia: que interpretatur vigilia donationis dñi. Hec est recognitio suorum defectuū: que est munimentum virtutum ⁊ producit confessionē. Unde sequitur: b ℂ Ciuitate iudee qui expectabat, per desiderii eternorū. Jaco. v. b. Ecce agricola expectat pretiosum fructū: ⁊ patiēter ferens donec accipiat temporaneū ⁊ serotinū. Talis dignus est impetrare corpus iesu. Unde sequit: d ℂ Hic accessit ad pilatū ⁊ petijt corpus iesu: ⁊ depositum

Matt. 27. g. Marci. 15. d Joh. 19. g.

senserat concilio et actibus

b eorū : ab arimathia ciuitate

c iudee: qui expectabat et ipse

d regnum dei. ‖Hic accessit ad pilatū ⁊ petijt corpus iesu: ⁊

e depositū inuoluit syndone:

f et posuit eum in monumento excisoi quo nōdū quisq̄

g positus fuerat. Et die erat

b parasceues: ⁊ sabbatū illu-

de cruce. ſ. e ℂ Inuoluit syndone, munda. Beda. Ex simplici sepultura domini ambitio diuitū condēnat: qui nec mortui diuitijs carere possunt ⁊c. Sensus est: q; arguunt diuites dantes operam preciosis sepulturis: cum corpus dñi inuolutū sit in simplici tela, non in serico vel purpura. Unde institutū est a siluestro papa vt corpus dominicū in altari in simplici tela inuoluat: id est in panno lineo simplici, nō in serico vel purpura. Hinc ē ꝙ corporales illę quę supponūt ⁊ quę substernunt ex simplici tela fiant. Versus. Ara crucis tumuli; calix calix lapidisq; patena: Syndonis officiuz candida byssus habet. Chrys. Funeris pretiositas / violationis sepulchrorū multoties causa fuit. Et. ſ. O vanagloria quanta ⁊ in luctu tyranni-

Versus

dem mōstrat. Et infra. Si viuētes nihil iuuet aliud habere q̄ tegmina: multo magis mortuos. Et infra. Viuentes / frigoris gratia / egemus vestimēto: mortuus vero cur? Hiero⁹ et Beda. In syndone munda iesum inuoluit: qui pura mēte eum suscipit. f ℂ Et posuit eū in monumento excisō in quo nondū quisq̄ positus fuerat. Hoc etiā fecit pro nobis. Si eīn alius sepultus fuisset in eodē monumēto: dicerēt eum resurrexisse, nō christū. Item si monumentū de pluribus lapidibus esset compactū, possent dicere ꝙ discipuli eius suffoderant ⁊ clam asportauerāt. Esa. xj. c. Et erit sepulchrū eius gloriosum. Chrys. Contēne diuitias, et eris diues: contēne gloriam, et eris gloriosus. Erat autē monumentū christi q̄si q̄dā domus rotūda in rupe excisa, tantę altitudinis vt homo extēta manu vix tangeret culmen, habēs introitū ab oriente. Locus autē corporis sepulti erat ab aquilone, de ipsa rupe septē pedes habēs longitudinis, tribus palmis a terra eminens: a parte meridiana olno patēs vñ corpus inserebat. Marmor autē in quo monumētū erat excisum erat colore rubeo ⁊ albo pmixtū: qđ bene cōgruit innocētię ⁊ martyrio christi. Cant. v. c. Dilect⁹ me⁹ candidus ⁊ rubicūdus. Ite solus dñs in tumulo includit. i. hic modo inclusus legit: qz de sola eius sepultura hic specialiter fit mentio, vt ostēdat differre a nā. Unde Beda. Solus dñs in tumulo includit: vt sepultura illius ⁊ resurrectio a nr̄e fragilitate nature dissimilis monstret. Sepultus est, sed ꝓdiu voluit: resurrexit, sed qñ voluit: non ita est de nobis. Chrys. Valoz sepultoz est diabolus, nō dimittēs hominē ibi hoiem apparere, sed lignū siccū: vbi nō est oculus, nō manus, nō pedes. Et supra. Videam⁹ caput ligatū cū inebriatur: manus videbis ventri ligatas ⁊ ꝓstrictas auaricię vinculis: nō eīn dimittit ad elemosynā extendi: pedes nunq̄ potentes currere in domū dei. Uermes eū comedūt. i. aſę passiones. Et. ſ. Mortuoz oculi etsi aperti, nihil vidēt. Sequit: g ℂ Et dies erat parasceues. Parasceue grecū est, nō hebreū. Iudei eīn ꝑter tres famosas captiuates q̄ legunt, p particulares captiuitates sunt dispsi: ⁊ inter grecos diu cōuersati: Ideoq; multa vocabula ab eis acceperūt. Qz aūt p nationes gentiū fuerint vbiq; dispsi ⁊ inter grecos diu cōuersati: habet ex actib⁹ apl̄oz / vbi dicit: Erant aūt in hierlm habitātes iudei viri religiosi ex oi natione q̄ sub eglo est. Sonat aūt parasceue, ꝓmisera seu resurrectionē: ⁊ ideo primo viderunt: id est legunt vidisse. Act. 2. a.

Moraliter

Moraliter / autē istę mulieres significant animas fideles et deuotas: vt ipsemet Beda dicit super Marcū. xv. Que quāto amplius recognoscūt suā fragilitatē quę per sexum ſmineum designat: tanto feruentius adherent dño ⁊ ordinez passionis eius sedula intentiōe perquirunt: ⁊ pia diligentia pro suo modulo imitant. j. Pet. ij. d. Christus passus est ꝓ nobis: vobis relinquens exemplū vt sequamini vestigia eius. Eccl. xxiij. d. Gloria magna est sequi dominū ⁊c. Chrys. Fortassis vestruz aliquis vellet ꝑm illas effici mulieres ⁊ pedes iesu detinere: Potestis ⁊ nunc quicūq; vultis, nō pedes ⁊ manus solū, sed ⁊ caput sacrum detinere: terribilibus potientes mysteriis pura cōscientia. Et. ſ. Et si voluerit, esse misericordes ⁊c. c ℂ Et reuertētes parauerunt aromata et vnguenta. Cōtra. Erat festiuitas paschę: de qua Exo. xij. c. Nihil operis faciet in eo: exceptis his quę ad vescendum pertinēt: ⁊ obseruabitis azyma. Ergo ⁊c. Solutio Glo. Exceptis studijs sanctarū scripturarū ⁊ bonorū operum. d ℂ Et sabbato quidē siluerunt ſm mandatū: id est quieuerūt. Beda. Mandatū erat in lege / Leuit. xxiij. a. vt sabbati silentiuz: id est ociū seruarent a vespera vsq; ad vesperā: ⁊ ideo mulieres sepulto dño reuertentes domū q̄diu licuit parauerunt aromata ⁊ vnguenta. ſ. vsq; ad solis occasuz: ⁊ postea toto sabbato siluerunt vsq; ad alium solis occasum: ⁊ tunc recuperata licentia operandi: iterum emerunt alia aromata: quia nō sufficiebant ea quę parauerant: ⁊ tota nocte illa inter sabbatū ⁊ dominicā parauerūt: vt venientes diluculo ad sepulchrum vngerent corpus iesu. Sed quō possent vngere mulieres corpus iesu, cum lapis grādissimus esset appositus ad ostiū monumenti ⁊ signatus: vt dicit Matthe⁹. xxvij. g. ⁊ hoc ipm viderant mulieres? Sed vis magni amoris nō sinebat de huiusmodi cogitare. Erant autē iste mulieres tres, vt dicit Marcus. xvj. a. scz maria magdalenę, ⁊ maria mater iacobi minoris ⁊ ioseph ⁊ simonis ⁊ iudę: tertia fuit salome, sic dicta ſm Chrys. vel filia salome: ſm alios: mater iohannis ⁊ iacobi maioris.

a cessebat. Subsecutę aūt mulieres q̄ cū ipo venerāt ꝺ galilea viderūt monumentū: ⁊ b quēadmodū positū erat corc pus ei⁹. Et reuertētes pauc d rūt aromata et vnguenta: et sabbato quidez siluerūt ſm mādatū. Ca. XXIIII e v Ma autē sabbati valf dē diluculo venerunt

Versus. Colligo / poto / cibo / redimo / tego / visito / condo. De istis vnguentis dicitur Eccl. xxxviij. a. Unguentarius faciet pigmenta suauitatis ⁊ vnctiones conficiet sanitatis. Seū. vltc. a. Precepit ioseph seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem. Cant. j. a. Melioza sunt vbera tua vino fragrātia vnguentis optimis. Optimis dicit: quia vnguenta primę mulier⁹ bona; vnguēta secūde melioza: vnguēta tertię optima. Versus L

Scom Greg⁹. mulieres sūt animę fideles quę debēt offerre domino tria vnguenta siue aromata: id est odorem virtutū / opinionē bonorū operū / suauitatem sanctarum orationum. De quibus Cant. c. iiij. d. Surge aquilo ⁊ veni auster / persta hortum meum ⁊ fluēt aromata illius. Matt. 28. a. Marci. 16. a. Joh. 20. a.

Expo. La. XXIIII.

e v Ma autem quod diuiditur in tres partes. In prima, pbatur multis argumentis veritas resurrectionis. In secunda cō mendatur lex / ⁊ aperitur discipulis veritas predicationis / ibi: Et cum manducasset. In tertia agitur de gloria ascensionis / ibi: Eduxit autem ⁊c. Notandum est autem in principio / q̄ resurrectio domini nulli nota fuit nisi post factum: in signum ꝙ nulli resurrectio spiritualis quę fit per gratiā / nisi soli deo nota est. Eccl. xx. a. Nemo scit an amore an odio dignus sit ⁊c. Fuit autem confirmata resurrectio christi tribus miraculis. Primū est: ꝙ clausio sepulchro ⁊ integro signaculo exiuit. Secundū: ꝙ in aduentu angeli terra tremuit. Unde Ps. Terra tremuit ⁊ quieuit cū exurgeret in iudicio deus. Tertiū est / ꝙ angelus terrificus apparuit. Qz autem de clauso sepulchro exiuit / significat ꝙ de virgine natus fuit. Unde Aug⁹ in libro de symbolo. Caſſitas vteri virginalis ostēdit ꝙ conuenientia inuiolabilis sepulchri. Terremotus in aduentu angeli / significat ꝙ totus mūdus mouendus erat in predicatiōe dominicę resurrectiōis. Angelo⁹ autem aspectus ⁊ habitus / ostēdit quales debeāt esse nuncij dominicę resurrectionis scilicet malis terribiles / quod notatur in fulgure: ⁊ bonis mansueti / qđ notatur in niue. Qz autem lucas de duobus angelis loquitur: marcus de vno solo / significat ꝙ predicatores domini debent habere vnitatem fidei ⁊ binarium charitatis. ‖Nunc aūt vide litteram. c ℂ Una autem sabbati: id est prima die post sabbatum. ſ. dominica die. Simile Gen. j. a. Factuz est vespere ⁊ mane dies vnus: id est primus. Sicut etiam dicitur luna quasi luminuz vna: id est prima. Et nota ꝙ sicut gentiles, ꝑpter reuerentiā deoz̄ suorum ab eis denominauerunt dies: sic iudei a sabbato. f ℂ Valde diluculo venerūt ad monumentū, mulieres. Idem dicit Marcus: sed alijs verbis. ſ. valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentū. Johannes dicit: Una sabbati maria magdalenę venit ad monumentuz cū adhuc tenebre essent. Matthe⁹ dicit: Uespere aūt sabbati quę lucescit in prima sabbati / venit maria magdalenę ⁊ altera maria videre sepulchruz. Et licet verbis discordet matthęus ab alijs: tamē sensu conuenit: vt dic Aug⁹. Per vespere eīn accipit matthęus nocte: in cuius fine venerunt mulieres ad monumētū: qđ innuit hoc verbū lucescit: qđ est luce terminat. Et ita in hora aduentus mulierū ad sepulchrū cōueniunt offices euangeliste ⁊ offices expositores. De hora ꝺo resurrectionis disputatio est apud sanctos. Iam Hieronym⁹ et Ambrosius videntur velle ꝙ media nocte surrexit dominus. Qđ probāt dupliciter. Primo quia sanson media nocte tulit portas gaze in supercilium montis. Judic. xvj. a. vbi figurata est resurrectio christi. Secundo ex facto quodam apostolorū qui instituerūt in primitiua ecclesia vt media nocte dominicę resurrectionis celebraret missę. Beda ꝺo ꝙ Aug⁹ dicit ꝙ surrexit diluculo dñicę dicit: qđ etiā ꝑbat per hoc ꝙ quadraginta horis fuit dñs in sepulchro: scz quattuor horis diei parasceues. Crucifixus enim fuit hora sexta / et hora nona mortuus: et ita

Diluculo. Chrys. Quotidie seculum fi/nire videm⁹: tanqz mali serui / iam albescit aurora ⁊ adhuc dormimus. Ro. xiij. d. Hora est iam nos de somno surgere.

Hinc ē ꝙ corpus dñi non reconditur in vase alij vsui deputatum.

Quid q̄ ō diuitib⁹ q̄ dant dibus esset compactū / possent dicere ꝙ discipuli eius suffoderant ⁊ clam asportauerāt. Esa. xj. c. Et erit sepulchrū eius gloriosum. Chrys. Contēne diuitias / et eris diues: contēne gloriam / ⁊ eris gloriosus. Erat autē monumentū christi q̄si q̄dā cenaculum in pi/ride alij vsui deputata.

Moraliter

Versus

Versus

Moraliter





A ℣ Solutio. Luna ⁊ stellis iam lucētibus incipiebat sabbatum. Uel potest dici: Illuxerat: id est illucere incipiebat / vt non facias vim in verbo: quia impropriē positū est. Jam enim propriē erat vespera sexte ferię in qua dicebāt incipere sabbatum: quia ſcepta est obseruatio sabbati in lege a vespera i vesperam. Aug⁹ super Matthęū. Lucescit: id est terminat. Unde dicit sic: Uesper ꝺn cipiū est noctis. Ideo nō ait: Que lucescit: sed que lucescit / ad intellectū relationē faciens. ſ. ad noctē que in auroza diei dominicę terminat. a ℂ Subsecutę aūt mulieres que cum ipso venerant de galilea: vt ei ministrarent necessaria. b ℂ Viderunt monumentū: et quēadmodū positus erat corpus eius. Chrys. Compassibile est mulieb⁹ gen⁹: ⁊ ad ꝓpitiationē receptabile. Beda alijs notis iesu post depositū corpus recedētibus: solę mulieres que arnī⁹: id est tenerius amabāt / officiū funeris inspiciebant: vt cōgruo tempore munus suę deuotionis offerrent: expectātes qđ iesus ꝓmiserat scz resurrectionē: ⁊ ideo primo viderunt: id est legunt vidisse.

Moraliter / autē istę mulieres significant animas fideles et deuotas: vt ipsemet Beda dicit super Marcū. xv. Que quāto amplius recognoscūt suā fragilitatē que per sexum ſmineum designat: tanto feruentius adherent dño ⁊ ordinez passionis eius sedula intentiōe perquirunt: ⁊ pia diligentia pro suo modulo imitant. j. Pet. ij. d. Christus passus est ꝓ nobis: vobis relinquens exemplū vt sequamini vestigia eius. Eccl. xxiij. d. Gloria magna est sequi dominū ⁊c. Chrys. Fortassis vestruz aliquis vellet ꝑm illas effici mulieres ⁊ pedes iesu detinere: Potestis ⁊ nunc quicūq; vultis / nō pedes ⁊ manus solū / sed ⁊ caput sacrum detinere: terribilibus potientes mysterijs pura cōscientia. Et. ſ. Et si voluerit, esse misericordes ⁊c. c ℂ Et reuertētes parauerunt aromata et vnguenta. Cōtra. Erat festiuitas paschę: de qua Exo. xij. c. Nihil operis faciet in eo: exceptis his quę ad vescendum pertinēt: ⁊ obseruabitis azyma. Ergo ⁊c. Solutio Glo. Exceptis studijs sanctarū scripturarū ⁊ bonorū operum. d ℂ Et sabbato quidē siluerunt ſm mandatū: id est quieuerūt. Beda. Mandatū erat in lege / Leuit. xxiij. a. vt sabbati silentiuz: id est ociū seruarent a vespera vsq; ad vesperā: ⁊ ideo mulieres sepulto dño reuertentes domū q̄diu licuit parauerunt aromata ⁊ vnguenta. ſ. vsq; ad solis occasuz: ⁊ postea toto sabbato siluerunt vsq; ad alium solis occasum: ⁊ tunc recuperata licentia operandi: iterum emerunt alia aromata: quia nō sufficiebant ea que parauerant: ⁊ tota nocte illa inter sabbatū ⁊ dominicā parauerūt / vt venientes diluculo ad sepulchruz vngerent corpus iesu. Sed quō possent vngere mulieres corpus iesu / cum lapis grādissimus esset appositus ad ostiū monumenti ⁊ signatus: vt dicit Matthe⁹. xxvij. g. ⁊ hoc ipm viderant mulieres? Sed vis magni amoris nō sinebat de huiusmodi cogitare. Erant autē iste mulieres tres / vt dicit Marcus. xvj. a. scz maria magdalenę / ⁊ maria mater iacobi minoris ⁊ ioseph ⁊ simonis ⁊ iudę: tertia fuit salome / sic dicta ſm Chrys. vel filia salome: ſm alios: mater iohannis ⁊ iacobi maioris.

Moraliter / autem per istas tres mulieres ſm beatuz Beruſ. significant in vnoquoq; homine: mens / lingua / manus. Quarū quelibet habet vnguēta sua valde ꝓciosa. Unguenta liquidē mentis / sunt contritio / compassio / deuotio. Unguentū contritiōis cōficit ex speciebus vilissimis: id est, ꝓpria peccatis: que crescunt in horto nostro. Unguētū cōpassionis conficit ex speciebus amarissimis: id est ex omnibus miserijs proximoz̄ que crescunt in horto vicino. Unguentū deuotiōis conficitur ex speciebus preciosissimis: id est ex omnibus christi beneficijs: que crescūt in horto dominico. Unguenta linguę / sunt oratio deuota / confessio integra / ꝓdicatio vera. Herbę quibus conficitur primū vnguētū / est recta intentio / firma attentio / pia affectio. Herbę quibus conficit secundum vnguentum / sunt pudor commissi / dolor amissi / timor iudicii. Herbę quibus conficitur tertiuz vnguentum / sunt fidei instructio / morum informatio / vitioz̄ increpatio. Hiere. j. b. Ecce posui te sup gentes ⁊ regna: vt ędifices ⁊ plantes ⁊ euellas ⁊ destruas ⁊ disperdas ⁊ dissipes. Unguenta tertię mulieris: id est manus / sunt septem opera misericordię: id est hospitari peregrinos / potare sitientes / cibare famelicos / redimere captiuos / vestire nudos / visitare infirmos / sepelire mortuos.

E ꝟ oportuit ꝙ p dilē sabbati integrū ⁊ noctes sequētes integras fuerit in sepulchro. Et ꝟ vltimū mō tenet ecclia. Et qō obūcīt de sansone ꝙ media nocte tulit portas gaze: hoc est ꝙ christ⁹ surrexit nullo sciēte. Simile Matth. xxv. a. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit. Sed adhuc obūcit: Cōstat

a ad monumentū pꝛtātes q̄
b parauerāt aromata: ⁊ inue-
nerūt lapidē reuolutū a mo-
c numēto: ⁊ igrēssę nō inuene-
d runt corpus dñi iesu. Et fā-
ctum est dum mēte cōsterna

cem ꝙ mulieres sūmo diluculo venerunt ad monumētū / ⁊ inuenerūt lapidē reuolutū: Ergo dñs iā surrexerat: ergo surrexit añ diē. Sol. Sūmo diluculo venerūt mulieres. i. venire cęperūt ⁊ qñ puenerunt dies erat. Ūñ Marc⁹ dicit: Orto iā solecintel

e tę essent de isto: ecce duo vi-
f ri stęterunt iuxta illas in ve-
s ste fulgenti. Cūm timerēt au-
b tē et dēclinarēt vultū in ter-
k ram: dixerūt ad illas: Quid
l quęritis viuētē cū mortuis:

pebāt ⁊ mirabant: de secūdo dolebāt. Sed sicut tęptato dño post victoriā angeli ministrauerūt: Matth. iiij. b. ita mō post mortē deuictā venerūt angeli: qui nō solū verbo sed etiā habitu fulgēti nūciauerūt gloriā triūphātis. Ūñ sequit: c ¶ Ecce duo viri. i. duo angeli in specie virorū. f ¶ Steterunt iuxta illas i veste fulgenti. Apparuerūt etiā in facie fulgēti: ⁊ hoc ideo / vt ꝙ cūdoꝛē vestis triūphus christi exp̄meret: ⁊ ꝙ ignea facię custodib⁹ terꝛoꝛ incuteret. In igne ēm terꝛoꝛ est: in cādoꝛe solatiū. Ergo ⁊ i ignea facie ⁊ i veste cādida apparuisse

Al. fecus

legunt: vt ignis terreret custodes: ⁊ candoꝛ liniret mulieres. Et qꝛ christ⁹ in morte triūphauerat: ⁊ sicut rūc astiterāt angeli coꝛpi posito in sepulchꝛo: sic assistūt ꝗtidie in altari coꝛpori ꝓsecrato: ⁊ sacerdoti seruiūt ꝓsecrāti. Ūñ ⁊ in secretis nō dīt sacerdos / Āmē: qꝛ angeli ibi rūdēt vbi nō audiūt clerici seruiētes. Mat. xxiiij. c. Vbicūqꝫ fuerit coꝛp⁹ dñi: illuc ꝙgregabunt ⁊ aglę. i. angeli / solę in rota vidēt es. i. christū in ęternitate. Sz oꝛit hic ꝗtio de īra / qꝛ iohānes dicit duos viros istos sedētes: lucas aūt dicit eos stātes. Et ꝟ soluit Chryꝟ. dicens: ꝙ angeli ꝓmo sedebāt: sed mulieriꝫ assurꝛexerūt ⁊ steterunt iuxta illas. Itē qꝛit vbi erāt isti angeli aut int⁹ in monumēto aut extra: Videt ꝙ intus ꝙ hoc qō dicit iohānes. i. ꝙ vn⁹ sedebat ad pedes ⁊ alter ad caput. Item ꝙ extra ꝙ hoc qō dicit lucas: Steterunt iuxta illas. Itē Matthę⁹ dicit / vnū sedentē sup lapidē reuolutū: ergo extra. Marc⁹ vo dicit / vnū sedētē intus. Ad ꝟ soluit Hiero⁹ / dicēs ꝙ monumētū ō: apud marcū / nō locus coꝛpis sepulti: sed ꝗdā pars macreię añ speluncā in quā intrauerūt mulieres ⁊ ibi repererūt angelos sedētes in dextera pte sepulchꝛi: ꝙ videntes mulieres assurꝛexerūt eis: ⁊ ita ꝓuenīūt ocūs euāgeliste. Q: aūt matthęus et marcus dicūt vtroqꝫ vnū angelū sedētē: ⁊ iohānes ⁊ lucas dicūt duos: pōt dici ꝙ reuera duo erāt vel plures: sed matthę⁹ ⁊ marcus vnū dicūt ꝓpter vnitatē ⁊ similitudinē coꝛ. Dicētes aūt vnū: nō negāt plures fuisse. Mystice: Per ipsos duos viros custodientes sepulchrū / significant doctoꝛes sacrę scripturę: ꝙ debēt esse viri: vt dicit Hiero⁹ / nō infantes amātes tyalia. Prouer. j. c. Vsqquo paruuli diligitis infantiā ⁊c. Debēt etiā eē duo ꝓpter officiū geminę charitatis. Ūñ. ē. p. a. Milit dñs discipulos suos binos ⁊ binos añ faciē suā. Debēt etiā stare erecti in cęlū / nō iacere in terra. Ūñ angelus dixit Iosue. vij. b. Surge / cur iaces in terra? Itē Ezech. iij. f. Ingressus est i me spūs ⁊ statuit me supra pedes meos: ⁊ locut⁹ est mihi. Item debēt stare iuxta mulieres. i. ꝓmi esse infirmis ꝙ cōpassionē ⁊ auxiliū. Roma. xv. a. Debem⁹ nos firmioꝛes imbecillitatē infirmoꝛ sustinere. Itē debēt habere vestē fulgentē. i. ꝓuersationē laudabilē. Phil. ij. b. Sitis sine ꝙrela et simplices filij dei sine reꝓhēsione in medio nationis prauę ⁊ puersę / iter ąs lucetis sicut luminaria in mūdo verbū vitę ꝓtinētes. j. Pet. ij. c. Cōuersationē vestrā inter gētes habētes bonā vt i eo ⁊c. Si tales essent doctoꝛes / oēs timerēt eos ⁊ venerarent. Ūñ sequit: g ¶ Cū timerēt aūt / mulieres. s. h ¶ Et declinarēt vultū in terrā: ꝙ timoꝛe ⁊ reuerētia angelorū ąs viderāt. Lauit. xix. g. Honora pſonā senis. Job. xxix. d. Qui me audiebāt / expectabāt sententiā: ⁊ intenti tacebāt ad ꝓsilium meū: verbis meis addere nihil audebāt: ⁊ sup illos ſtillabat eloqꝫ meū: si voluissem ire ad eos sedebā ꝓmus ⁊c. Nō aliter est. Eccs. x. b. Vidi seruos in eqs ⁊ ꝓncipes ambulāres sup terrā ꝗsi seruos. Beda. Exęplo mulierū cū appꝛopinqmus mysterijs cęlestib⁹: cū gaudia sugnoꝛū ciuiū ꝓtemplamur: ad ꝓspectū angeloꝛ debemus vultū in terrā humiliter declinare: terrā nos ⁊ puluerē esse recolētes. Sic abꝛaā vocauit se puluerē ⁊ cinerem: Gen. xviij. d. dicēs: Loquar ad dñm meū cum sim puluis et cinis. Daniel. viij. c. Cum loquerer ad me angelus / plapsus sum ꝓnus in terrā. Beda. Nota ꝙ sanctę mulieres nec in terrā ceciderūt / nec aliquis sanctoꝛ in resurrectione dñi ꝓstratus in terrā adoꝛasse legit: vñ mos cępit in ecclesia pa-

Mystice

schali tpe nō flecti genua in oꝛone sed vultu i terrā declinato oꝛare. i ¶ Dixerūt ad illas / angeli. s. k ¶ Quid qrit⁹? supple: an / qritis viuētē cū mortuis? Sic legit sub dupli ci interrogatiōe. Vel sub vna sic. Quid. i. qre / l ¶ Quęritis viuentē cū mortuis: iā reuiscitatū a mortuis: ꝙ locus

Mystice

ſ est ꝓꝓrie



A ꝟ est, ꝓꝓrie mortuoꝛ. Ūñ nō redarguunt qꝛ quęrūt viuentē / sed quia cū mortuis: qꝛ viuēs nō est grēdus inter mortuos. Aug⁹ in libꝛo de symbolo. Si amat vita: qre nō quęrit veram? Quę rit aūt a ꝙbusdā: sed nō inuenit: quoniaz vbi nō est / quęritur. Osee. v. b. In gregib⁹ suis ⁊ in armētis suis vadēt ad quęrēdū dñm ⁊ nō inueni / ent. Prouer. xxiij. b.

Matth. 28. a
Marci. 16. b

a Me insidieris ⁊ quę
b ras impietatē in do-
mo iusti: neq; vastes
requiem eius. Cōtra
quosdā qui bonos di
cūt malos: viuos mor
tuos. Esa. v. c. Vę q̄
dicūt bonū malum: ⁊
malum bonum ⁊c.
a ¶ Nō est hic: id
est i monumēto ꝓsen
tia coꝛpis. b ¶ Sz
surrexit / die tertia.
Osee. vj. a. Vnifica-

c ¶ Nōn ē hic / sēd surrexit. Re-
d cordamini qualiter locutus
e est vobis / cūm adhuc in ga-
f lilęa esset / dicēs: Q̄ua opoꝛ
g tet filiū hominis tradi in ma
nus hominū peccatoꝛum / ⁊
crucifigi / ⁊ die tertia resurge
re: Et recordatę sunt verbo-
rum eius. Et rēgressę a mo-

bit nos post duos dies: ⁊ die tertia suscitabit nos: qꝛ resurrectio sua / causa est nostrę resurrectiōis. Ūñ. i. Cor. xv. c. Christus resurrexit a mortuis ꝓmitię dormiētū. Iuxta dñs / iuramētū fuit veterū. Gal. ij. d. Q̄uo aūt ego / iā nō ego. Jō autez duab⁹ noctib⁹ ⁊ vna die voluit in morte manere: vt ostēderet sua simpla morte / nostrā duplicē esse destruendā. Osee. xiij. d. Ero moꝛs tua o mors. Hlo. Bedę. Die tertia. s. Lucē suę simplę mortis. Moꝛs ēm dicit lux: quia causa lucis nobis / et respectu nostrę. Quę tm̄ in carne. i. in hūana natura ei⁹. Caue ne adhęreas aduerbio / tm̄: qsi habuerit in carne ⁊ nō in aīa: Constat ēm ꝙ aīa ei⁹ senserit tristicias ⁊ dolores. Ūñ: Tristis est aīa mea ⁊c. Quę in coꝛpe ꝗtū ad pęnā: ⁊ in aīa ꝗtū ad culpā.

Mystice

c ¶ Recordamini ⁊c. Angelus iō monet mulieres recordari ꝟboꝛ dñi: vt eū ꝓfectuisse futura cognoscant / ⁊ verū deū credant: ⁊ iō vera esse q̄ ꝓdixit. s. se tradēdū iudęis ⁊ occidēdum ⁊ tertia die resurrecturū. Et ꝙ ꝙ mulieres iuxta ꝓpositum iubent recordari ꝟboꝛ dñi q̄ de sua passiōe simul ⁊ resurrectiōe ꝓdixerat: docemur q̄ inter mysteria passiōis sūt recolēda gaudia resurrectiōis: ⁊ ecōuerso: vt fiat ḡdā mixtura luctꝰ ⁊ gaudij. Eccl. j. c. In die bonoꝛ ne ꝛmemoꝛ sis malo⁹ ⁊c. Et ꝟ est / Recordamini ālik locut⁹ ē vob. i. ꝗ pie / ꝗ vere / ꝗ discrete. d ¶ Cū adhuc in galilea esset / mortal. e ¶ Dicēs: qꝛ oportet filiū hois tradi i manꝰ hoim pctoꝝ ⁊ crucifigi ⁊ tertia die resurgere. Matth. xx. c. Ecce ascēdimus hierosolymā ⁊ filꝰ hois tradet ꝑncipib⁹ sacerdotū ⁊ scribis: ⁊ cōdēnabūt eū morte ⁊ tradēt eū gētib⁹ ad illudēdū ⁊ flagellandū ⁊ crucifigēdū ⁊ tertia die resurget. Ibi Chryꝟ. Christꝰ tūc illusus ē / ⁊ nūc tradit christꝰ ad illudēdū: Christꝰ ēm ꝟbū ꝓtatis est: Et cū vides scripturas ꝓphetarū ⁊ euāgelij ⁊ aplorū traditas esse in manꝰ falsoꝛ sacerdotū ⁊ scribarū / nō intelligis qꝛ christꝰ tradit⁹ est ꝑncipib⁹ iniqs ⁊ scribis? Ūñ Threñ. iij. b. Factꝰ fū in derisū oi pplo. f ¶ Et recordate sūt verboꝝ eiꝰ. Nota qꝛ mulieres stātes ad monumētū reducūt ad memoriā / nō solū q̄ ꝓdixerat de passiōe: verūetiam de resurrectiōe. Hinc est ꝙ in sacrificio altaris gō specialiter est reꝓsentatio passiōis: sit etiā mētio resurrectiōis ⁊ ascēsionis. Ūñ ibi dicit: Memores passiōis necnō ⁊ resurrectiōis ⁊c. g ¶ Et regressę a monumēto nūciauerūt hęc omnia / quę viderāt ⁊ audierant ab angelis. h ¶ Illis vndecim ⁊ ceteris omnibus. Chryꝟ. Euāgelista nō ꝓuat mulierē laude: nec vere / cūdiā putat ab ea didicisse. Voluit aūt dñs ꝙ mulieres nūciare viris suā resurrectionē: vt sic a muliere ad virū venit mors: ita nūc a muliere ad viros veniat destructio moꝛt⁹: ac ꝙ mulierū opꝛobriū tolleret: ⁊ sic ꝙ amoꝛ / pulegiū deletū est antiquū opꝛobriū. i ¶ Erat aūt maria magdalenę / soꝛoꝛ lazari ⁊ marthę: q̄ vnxerat pedes dñi vnguēto. j. vij. f. k ¶ Et iohāna / vꝛoꝛ chuzę ꝓcuratoꝛis herodis. l ¶ Et maria iacobi / minoꝛis mateꝛ: q̄ fuit vꝛoꝛ alphei: de q̄ habuit ꝗtuoꝛ filios. i. iacobū istū q̄ oꝛ iacob⁹ minoꝛ / nō grate / sz vocatiōe: quia vocat⁹ posteꝛioꝛ a dño: Sic ⁊ in monasteriis maioꝛes dicunt ⁊ digniora obtinēt loca / nō ꝓm etatē: sz qꝛ ꝓmi claustrū intrauerāt. Itē maxime sceleraꝛ fuit iste iacob⁹: q̄ ⁊ frat dñi appellatus est: qꝛ ei filius / ⁊ qꝛ cognatꝰ ei⁹ / ⁊ qꝛ filꝰ ioseph adoptiuus. Alij tres fuerūt / ioseph ⁊ simō ⁊ thadę⁹. Hlo. Maria iacobi minoꝛis ⁊ ioseph / vnoꝛ matꝛ dñi: vñ ⁊ iacob⁹ frat dñi oꝛ. Sz vñ venit illud / vñ / non ꝓtinuat sufficienē ex ḧmilitate: nisi aliq̄d suppleas: Eadē rōne ēm alter iacob⁹ frat dñi dicerēt: qꝛ cōso-

numento nunciauerunt hęc
b omnia illis vndecim et cęte
i ris omnibus. Erāt autem
k maria magdalenę / et iohan-
l m na / et maria iacobi / et cęterę
quę cū eis erāt: quę dicebāt
n ad apostolos hęc. Et visa
o mētū vba ista: et nō credide-

bas tū mulieres ꝓmo apparuit dñs marię magdalenę: vt oꝛ Marc. xvj. b. Et ꝟ ꝗnqs rōnib⁹. Primo: qꝛ ardētiꝰ diligebat. Ūñ. ē. vij. g. Dimissa sūt ei pcā mlta: qꝛ dilexit multū. Secundo: vt ostēderet ꝙ p saluādis pctoꝝib⁹ moꝛtu⁹ est. Matth. ix. b. Nō veni vocare iustos / sz pctoꝛes. Tertio: vt ostēderet ꝙ mereꝛtrices ꝓcedāt sapientes i regno cęloꝝ. Ūñ Matth. xxi. c. Amē dico vob qꝛ publicani ⁊ mereꝛtrices ꝓcedent vos in regno dei. Quarto: vt sit mulier fuerat nūcia seu ministra nrę ꝓditionis: ita cēt nūcia nrę redēptiōis. Q̄uito: vt vbi abūdauit pctm / superabūdaret ⁊ gra. Ro. v. d. Et hęc fuit ꝓma apparitio christi post resurrectionē / ipa die resurrectiōis in ꝗ ꝗnqs apparuit. Primo marię magdalenę: vt dictū est Joh. xx. c. Secūdo ipsi eidē cū alijs mulieribus in via redeūtib⁹ a sepulchro: Matth. vlt. b. Tertio petro. j. codē. c. Iꝫ nescit vbi. Quarto duob⁹ discipulis eūtib⁹ i emaus. j. eodē. Q̄uito discipulis cōgregatis absq; thoma: Joh. xx. c. Istas ꝗnqs apparitiōes reꝓsentat sacerdos in missa ꝗnquies se vꝛtens ad ꝑplm. Sed tertia versio est cū silētio: q̄ significat apparitionē factā petro: q̄ nescit vbi fuerit facta vel qñ vl quō. Sexto apparuit octaua die resurrectiōis old⁹ discipul⁹ ꝓsente thoma: Joh. xx. f. Septimo ad mare tyberiadis septē discipulis: Joh. vlt. a. Octauo apparuit vndecim discipulis in galilea: Matth. vlt. c. Nono i cenaculo in hierusalē discipulis cęnātibus: Marc. vlt. c. Act. j. a. Decimo in mōte oliueti quādo ascēdit. j. eodē. Act. j. a. Pluries apparuit dñs ante ascensionē: sicut iacobo ⁊ ꝗngētis fratrib⁹. j. Cor. xv. a. Et ioseph icarcerato: vt dicit ꝗdā. Sz istę decē apparitiones legunt exp̄sse in euāgelijs: ⁊ ideo magis auctentice sunt. Et sicut decies legit apparuisse post resurrectionē: ita decima die post ascensionē misit spiritū sanctū: in q̄ mystice mōstrauit ꝙ p obseruantiā decalogi ex hoibus erat restituendus decimus oꝛdo. Unde Matth. xx. c. Si vis ad vitam ingredi / serua mandata. Hoc aūt non est tacendū / q̄ dñs post mortē nō legit apparuisse aut locutus fuisse matri sue. Quare hoc? Ut mortui mundo carnalem affectuz nō habeant ad parentes. Deut. xxviij. a. Qui dixerit patri suo ⁊ matri suę: nescio vos: ⁊ fratrib⁹ ignoꝛo illos: ⁊ nescierūt filios suos: hi custodierūt eloquiū tuum. Sequitur: n ¶ Et visa sūt ante illos sicut delyramentū verba ista. i. quoniā dñs resurrexisset a mortuis / qꝛ cōtra naturalem philosophiam erat. Unde Paulus corinthijs qui nō poterant credere q̄ moꝛtui resurgerent / dicit. i. Cor. xv. c. Dicit aliquis: quomō resurgent moꝛtui aut quali coꝛpoze veniēt? Insipiēs tu: q̄d seminas nō viuificat nisi ꝓius moꝛiat. Sic est ⁊ hodie: quicquid dicit diuitibus de cōtęptu mūdi: ⁊ ambitiosis de humilitate: luxuriosis de castitate / totum videt eis delyramentū. Eccl. xxj. c. Auditit luxuriosus ⁊ displicebit ei: ⁊ ꝑcuciet illud post doꝛsum suum. o ¶ Et non crediderunt illis: nec tamen discrediderūt. Qđ patet ex hoc ꝙ petrus ⁊ iohannes audito hoc cucurrerūt ad monumētū: in quo docemur nō cito debere credere cuilibet: licet bona dicenti. i. Joh. iiij. a. Charissimi nolite credere oī spiritui: sed ꝓbate spiritus si ex deo sunt. Eccl. xix. a. Qui cito credit / leuis est coꝛde ⁊ minoꝛabit. Seneca. Et oī ⁊ nulli credere / vtrūq; vitiū est. Hlo. O discipuli tarde credūt / nō tam illoꝝm infirmitas q̄ nostra fuit futura firmitas. Nam illis dubitātib⁹ resurrectio mult⁹ argumēt⁹ demōstrat: q̄ dū legētes agnoscim⁹ q̄d aliud q̄ de eoꝛ dubitatiōe solidamur? Summa est: qꝛ quanto resurrectio discipulis difficilius est credita: tāto firmius est

E ꝓbata: ⁊ ita fides in nobis roborata. a ¶ Petrus aūt surgens cucurrit ad monumentū: ⁊ iohānes cuz eo/qui etiā ꝑcucurrit citꝰ petro: iꝫ posterioꝛ introiuit in monumētū. Ūñ Joh.xx.a. Exūt ergo petrus ⁊ ille alius discipulus et venerūt ad monumentū. Currebāt aūt duo simul: ⁊ ille alius discipulo ꝑcucurrit citꝰ petro: ⁊ venit ꝓius ad monumentū: et cū se inclinasset vidit lintheamina posita/ nō tamen introiuit. Venit ergo simō petrus sequēs eū: ⁊ introiuit in monumentū ⁊ vidit lintheamina: Tūc ergo introiuit ille alius discipulus qui venerat ꝓius ad monumentū: et vidit ⁊ credidit. c ¶ Et ꝑcumbēs vidit lintheamina sola posita/sine corpore. Chryꝰ. Qđ erat signū resurrectionis/nō trāspositiōis. d ¶ Et abiit secū.i.solus. e ¶ Mirans qđ factū fuerat: Et tunc credit q̄ apparuit ei dñs. Beda. Johānes cōmemoꝛat q̄ ipse ⁊ petrus simul cucurrerūt/⁊ q̄ petro introcunte in monumentū et vidente lintheamina ⁊ sudariū/ipse iohānes se inclinās vidit lintheamina nec ꝓtinus introiuit. Sed intelligendū est ꝓmo petrū ꝑcumbentē vidisse q̄ lucas cōmemoꝛat/ iohānes tacet: post ꝯo ingressum vt diligētius interiora dinoscerent: ingressum eñ antecū iohānes intraret. Moꝛaliter: a ¶ Petrus surgens/a coꝛpore ⁊ ignauia. Eph.v.d. Surge q̄ dormis ⁊c. Cant.iii.a. Surgam ⁊ circūibo ciuitatē ⁊c. b ¶ Cucurrit ad monumentū. Sic currendū est ad claustrū: cōtra pigros: Hiero. ad paulinū. Festina quelo te ⁊ hęrēti in salo nauiculę funē magis ꝓscinde q̄ solue. c ¶ Et ꝑcumbēs vidit lintheamina sola. Sic aliq̄s in claustro sine re religionis pōt videri solus habitus religionis. j. Reg'.xix.c. Cū venissent nuncij qui ꝓrebant dauid/inuentū est simulacrū sup lectū/ ⁊ pelles pilose capiti⁊ ad caput eius. Sequit: f ¶ Et ecce duo ex illis. Dicūt aliqui q̄ vnus istoꝝ fuit lucas ⁊ alter cleophas: sed vitande cauſa arrogātię de se tacet. Hos est eñ scriptoꝝibꝰ sacre scripturę ꝓ humilitate nota sua subticere. Ūñ iohānes de se loquēs ait: Dic est discipulus ille qui̇ diligebat iesus. Ambro. eñ dicit i quadā epla q̄ alter socius cleophę fuit ammaꝰ. Sed ꝓtra: In ꝓlogo moraliū Greg'. Lucas dicit duos iuisse in emaus: vnū nominat. s. cleophā: se autē qui reliquus fuit nō nominat. Sed ꝓtra Ero.xxv.b. Duo circuli sunt in altero latere. Glo. Marcꝰ ⁊ lucas: q̄ postea credētes discipuli aplox facti sūt. Solo. Nec Greg' dicit q̄ lucas fuit alter: sed ꝑm q̄ quidā dicūt: i ¶ Ibāt ipsa die/resurrectiōis. l ¶ In castellū qđ erat in spacio stadioꝝ ſeraginta ab hierlm noie emaus Alio nomīe oꝝ nicopolis. Ūñ Hieroꝰ in epitaphio paulę. Nicopolim q̄ prius emaus vocabat: apud quā i fractione panis cognitꝰ est dñs cleophę domū in ecclesiā dedicauit. Dicit aūt stadium a stando: q̄ hercules gigas ille legit cancū subyno anhelitu cucurrisse ⁊ ibi stetisse. Continet aūt stadiū centum viginti⁊ passus. Qđ probat hoc mō. Stadiū est octaua ꝑs miliarij/vt dic Bed. Miliariū ꝺo passus mille ꝓtinentiā ⁊ nomē accepit. Et oꝝ miliare dimidia leuca: vel vt alijs placet tria miliaria faciunt duas leucas. Octaua ꝺo ꝑs mille est cētū viginti⁊q̄. Ūñ patet q̄ stadiū centū viginti⁊q̄ passus habet: ⁊ iō septuaginta stadia septē milia passuū ⁊ q̄ngētos ꝓtinēt: Hoc ē septē miliaria ⁊ dimidiū. Et bñ ꝓgruit hoc spaciū illis discipulis. Jā eñ trāsierāt sextū miliare: q̄ certi erāt de morte q̄ facta erat sexta die: trāsierūt ⁊ septimū miliare: q̄ christū in sepulchꝛo quieuisse septima sabbati nō dubitabāt. Sz octauū miliare nōdū ꝓcesserāt: q̄ resurrectionē q̄ octaua die facta est/nōdū credebāt: imo adhuc ambigui erāt aliq̄tulū: ⁊ nō ad fidē resurrectiōis accedebāt. Ūñ Ecc's.xi.a. Da ꝑtes septē necnō ⁊ octo.i. crede morte ⁊ sepulturā: crede ⁊ resurrectionē. Mystice/ostēdit hic distantia ⁊ via ab ecclia militāte vsq̄ ad triūphātē. Hierlm eñ visio pacis interꝑtat: ⁊ significat ecclesiā triūphantē: vbi ille q̄ est vera pax videt facie ad faciē. Esa.xxxiij.c. Regē in decoꝛe suo videbūt. i. in deitate. j. Joh.iij.a. Scimꝰ qm̄ cū apparuerit/similes ei erimꝰ: qm̄ videbimꝰ cū sicuti est. Emaus aūt interꝑtat mā

a rūt illis. Petrus aūt surgēs
b cucūrrit ad monumētū ét/p
c cūbēs vidit lintheamina so
d la posita/⁊ abiit secū mirāns
e qđ factū fuerat. Et ecce duo
f ex illis ibāt ipsā die in castel
lū qđ erat in spacio stadioꝝ
seraginta ab hierlm / nomie
m emaus. Et ipi lōquebant adin
uicē de bis oibꝰ q̄ acciderāt
n Et factū est duz fabularent
o ét secū grerent: ét ipse iesus
ꝑ dētiū erat coꝛ vnū ⁊ aīa vna. Et iō victoꝛię: q̄ oīs pugnaq̄nimiter ꝓgressa paritvictoriā. Cāt'.vi.d. Quę est ista ⁊c. Seraginta stadia ab emaus in hierlm/significāt ꝓfectā ⁊ integrā observātiā mādatoꝝ: ꝑ quā q̄s ꝑ vitā necesse est de militāte ecclesia ad triūphātē venire. Ūñ Mat.xix.c. Si vis ad vitā ingredi ⁊c. Pś.118. Tiā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri. Dicit ḡ: f ¶ Et ecce Euāgēlij boni exēpli significat. Mat.v.b. Sic luceat lux vra ⁊c. g ¶ Duo/charitate ꝑiūcti. h ¶ Ex illis.s. christi discipulis. i ¶ Ibāt/pedib⁹ metis ⁊ coꝛgis. k ¶ Ipsa die/re surrectiōis.i. penitētię: qđ est cōtra pigros qui tardant facere pnitentiā. Eccl'.v.b. Nō tardes cōuerti ad dñm ⁊c. Sequit: m ¶ Et ipsi loquebant adinuicē de bis oibus q̄ acciderant/in hierlm de christo: nō de vanis vel malis. Eph.iij. g. Oīs sermo malus nō ꝓcedat ex oꝛe vestro ⁊c. Et q̄ illi lōq̄bant de bonis ⁊ de ipso: ideo christꝰ ipse apparuit eis. Ūñ sequit: n ¶ Et factū est dum fabularenꝫ. Vulgare romanū est. i. dū lo q̄rent adinuicē. o ¶ Et secū gꝛerent: quōoīa facta fuissent: ⁊ quid posset esse qđ mulieres narrauerunt. p ¶ Et ipe iesus appꝛopinquās/coꝛgaliter ⁊ spāaliter.

Marci.14.c

Pś.118.

Suis: hic.
Ego. Mat.xxv.b. Nō peregre ꝓficiscēs vocauit seruos suos.
Mundo. Pś. Et peregimus finis mēs mee. Joh.i.a. In mūdo erat ⁊ mūd⁹ eū nō cognouit.
Pś. Incola ego sum in terra. Job.xix.c. Quasi peregrinus fui in oculis eoꝝ.

Pś.62.

Pś.118.

Christus

Hundo.ii. Corinth.v.b. Dum sumus in hoc coꝛpe peregrinamur a dño. Heb.xi.c. Confitētes q̄ peregrini ⁊c.
Claustro.iiij. Reg'.viij.a. Vade peregrinare vbicūq̄ reppereris. Et.j. Peregrinata est in terra philistiim sunamit' misera vel captiua vel mortificata.
Testamento. Eph.ij.c. Hospites testamētoꝝ ⁊c.

Justus

Peregrinus

In

Luxuria.ii.v.c. Filius ꝓdigus inter porcos in regiōe pcti.
Negligētia. Gen.xv.c. Peregrinū futurū est semē tuum in terra egypti.i. ignoꝛātię.
Auaricia. Judic'.xvij.c. Adolescens de bethlē peregrinari voluit vbicūq̄ sibi cōmodū reperisset
Pusillanimitate. Gen.xlvij.b. Dies pegrinatiōis vitę meę cē triginta anni parui ⁊ mali.
Rapina.ij. Reg'.xij.a. Cū aūt pegrin⁹ q̄dā.i. diabolus venisset ad diuitē/parcēs ille ⁊c.
Ira.j. Pet.iij.c. Nolite peregrinari in feruoꝛe ⁊c.
Odio. Romipetę. Ero.xxij.a. Peregrino molestus nō eris.
Superbia. Matth.xxvij.a. Ager figuli emitur de pecunia maledicta in sepulturam peregrinoꝝ. Sed deus scit quis est bonus peregrinus. Sequitur:

Peccator

¶ Ibat cū illis:



A ¶ a ¶ Ibāt cum illis. Apparuit aūt eis dñs ꝓ duobus. s. vt resurrectionē suam eis intimaret: ⁊ vt adimpleret qđ ꝓmiserat. Matth.xviij.b. Ubi sunt duo vel tres in nomīe meo cōgregati: ibi sum in medio eoꝝ. In hoc ergo se veracē ostēdit: ⁊ licet de resurrectiōe eius hęsitarēt: tamē diligebāt eum: ideo voluit in medio eoꝝ coꝛgaliter esse et coꝛporalem ꝑsentiā exhibere. b ¶ Oculi aūt tē illoꝝ/ interiores ⁊ exteriores. c ¶ Tenebant/ꝓpria dubitatiōe. Ūñ Greg'. Sicut ipsi ꝑtus amabant ⁊ tamē dubitabāt: sic ipse foris ⁊ ꝑsens adest et quis sit nō ostēdit. De se ergo loquētibus ꝑsentiam exhibet: ⁊ de se dubitantib⁹ ꝑspeciē cognitionis aufert. Ūñ sequitur: d ¶ Me cum agnoscerēt. Beda. Nō veritate fallente: sed ipsis nō valētib⁹ veritatē pcipe. Gen.xix. dicit Glo. q̄ percussi sunt acrisia discipuli domini: sicut sodomitę quęrētes domū loth. Sap.vltī.c. Percussi sunt cęcitate sicut illi in foribus iusti. Item.iiij. Reg'.vj.b. Sequitur: e ¶ Et ait ad illos: qui sunt hi sermones quos cōfertis adinuicē ambulantes ⁊ estis tristes? Moꝛaliter. Duplex est tristicia. Una bona/ de offenso deo: alia mala/de damno ꝑcuti.ij. Corinth.vij.c. Quę ꝑm deum est tristicia pęnitentiā operatur. f ¶ Et respōdens vnus cui nomen cleophas. Ambro. Alius vocabat: ammaō filius ruſi. Alij dicunt q̄ lucas ipse. g ¶ Dixit ei: tu solus peregrinus es in hierusalē et nō cognouisti quę facta sunt in illa his diebus? Ita lege. Nunquid tu solus es peregrinus ⁊c. q.d. omnes alij nouerūt ꝓter te. Et nota q̄ coꝛpsō q̄ eū peregrinum putant/ad litterā/fallūtur. mystice verum dicunt: quia vere peregrinus erat a mentibus eoꝝ qui in fide eius dubitabant. h ¶ Quibus ille dixit: quę? Et dixerūt: de iesu nazareno qui fuit vir ꝓpheta potens ⁊c. Beda. Prophetam ⁊ magnū fatentur/filiū dei tacent: vel quia nondū ꝑfecte credunt: vel si credunt timent tradi in manus iudęoꝝ/ nescientes eū quo loquebant. Judęi iam denunciauerāt suppliciū omnibus ꝓfitentibus christū filium dei: ideo simpliciter dicebāt ꝓphetam/nō filium dei. i ¶ Potens in opere. Act'.j.a. Cępit iesus facere ⁊ docere. Matth.v.c. Qui fecerit ⁊ docuerit sic: magnus vocabit in regno cęlorū. k ¶ Et sermone. Eccs.viij.a. Omne qđ voluerit faciet ⁊ sermo illi⁹ potestate plenus est. l ¶ Coꝛā deo ⁊ omni populo. Coꝛam deo per rectā intentionē: coꝛam populo per bonā operationē. Greg⁹. Per hoc qđ ęgimus/laudē exterius non quęramus: Sic aūt sit opus in publico/ q̄tenus intētio maneat in occulto: vt de bono opere ꝓmis exhibeamus exemplū/ ⁊ tamē ꝓ intentiōe qua soli deo placere ꝑimus semp optemus secretū. m ¶ Et quō tradiderūt eū summi sacerdotes et ꝓncipes nr̄i in dānationē mortis. Joh.xviij.f. Sens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi. n ¶ Et crucifixerunt eum: nos aūt sperabamus q̄ ipse redēpturus esset israel. Prouer.xiij.b. Spes q̄ differtur affligit animā. Se aūt ipsos quodāmodo temeritatis arguūt/ ꝙ ab eo sperabāt redemptionē quem mortuū viderant/nec credebāt resurrecturum: ⁊ maxime dolentę cū sine culpa occisum/quē innocentē noverant: ⁊ ex hoc tristes incedebāt. o ¶ Et nunc super hęc omnia tertia dies est hodie q̄ hęc facta sunt. q.d. hodie deberēt resurgere: iuxta qđ prędixit: tamē ꝑmissam resurrectionem tacēt/timentes cum cui loquebant. p ¶ Sed et mulieres quędā ex nostris terruerūt nos. Quia resurrectionē nondū credebāt: ideo de audita fama eius potius sūt territi ꝙ gauisi. Beda. Merito dicunt terruisse eos ḡbus de non inuento coꝛpore plus mꝛsticiā addiderūt ꝙ de nunciata resurrectione gaudiū quo recrearent afferūt. q ¶ Quę asi lucē fuerūt qđ monumentū: ⁊ nō inuēto coꝛpore eius venerūt dicētes se etiā visionē angeloꝝ vidisse/q̄ dicunt eū viuere. Et abierūt quidā ex nr̄is ad monumētū. s. petrꝰ ⁊ iohānes. Supra singulariter dicit de petro q̄ cucurrerit ad monumētū: hic de duob⁹ pluraliter: et ita fuit. Sed petrū solū mō ꝓmo cōmemoꝛauit: q̄ ꝓmius illi maria nūciauit: sicut specialiter dictus fuerat ei: Dicite discipulis ei⁹ et petro: Marc'. vltī.b. q̄ specialiē de eo dictū est/ ne desperaret ex negatiōe. Et ita ſuenerūt sicut mulieres dixerūt: ipsum vō nō inuenerunt. Sequit: r ¶ Et ipe dixit ad eos: O stulti. Esa. xxvij.b. Stulte satua loquęr. Et.ix.a. Coꝛ stultoꝝ itelliget sapientiā. s ¶ Et tardi coꝛde ad credēdū. Eccl'.v.c. Ne tardes cōuerti ad dñm. Chryſ. Ūñ ꝓtenere mortez poterit q̄ nec aliū moꝛientē pōt vi

a ꝓpinquās ibāt cū illis.
b ¶ Oculi aūt illoꝝ tenebātur
c ne eum agnoscerēt. Et ait ad
illos: Qui sunt hi sermones
ąs ꝓfertis adinuicē ambulā
f tes/⁊ estis tristes: Et respon
dēs vn⁹ cui nomē cleophas/
g dixit ei: Tu solus pegrin⁹ es
in hierlm et nō cognouisti q̄
facta sūt in illa his diebus?
h ¶ Quibus ille dixit: Quę? Et
dixerūt: De iesu naçareno q̄
i fuit vir ꝓpheta pōtes in ope
k re ⁊ sermōe cōrā deo ⁊ oi pplo.
m Et qđō tradiderunt eū summi
sacerdotes ⁊ ꝓncipes nr̄i in
n dānationē mortis: ét crucifixerūt eū: Nos aūt sperabamus q̄ ipse esset redēpturus
o israel. Et nūnc sup hęc oīa tertia dies est hodie q̄ hęc facta sunt. Sed ⁊ mulieres q̄/
p daz ex nostris terruerūt nos
q q̄ę ante lucē fuerūt ad monumentū: ⁊ nō inuēto coꝛpore eiꝰ venerūt dicētes se etiā
visionē angeloꝝ vidisse: q̄dicūt eū viuere. Et abierūt q̄dā ex nr̄is ad monumētū: et
ita inuenerūt sicut mulieres
dixerūt: ipsuꝫ vō nō inuene
r rūt. Et ipse dixit ad eos: O
s stulti ⁊ tardi coꝛde ad credē
t dū in oīb⁹ q̄ locuti sūt ꝓphe
v tę: Nōne hęc oportuit pati
x christū ⁊ ita intrare in glōriā
F ℣ Tertio soluit ⁊ Moraliter ✳ sancto. Et vngitur ad innuendum q̄ debet pugnare pro se ⁊ pro regno suo. Unde Job. vij. a. Militia est vita hominis super terram. Item diadema debet habere. Diadema autem dicitur quasi duo demens: ꝓincipium ⁊ finem. Principium ad innuendum q̄ nulli subest. Finem ad innuendum q̄ perpetuo non ad horam erit rex: sicut potestates quę quasi quolibet anno renouantur: Unde nec sunt/ nec dicūtur reges. Nulli ergo subest homo nisi velit: quia cor habet in libera potestate: ita q̄ a nullo cogi potest. Eccl. xvij. a. Dedit homini potestatem eorum quę sunt super terram: posuit timorem illius super omnem carnem: id est super motum vel actus carnalem: ⁊ dominatus est bestiarum ⁊ volatilium: id est motuum carnis ⁊ mentis carnalium ⁊ spiritualium: ecce libertas siue libera potestas hominis/ cui regnum suum subest. Et postea sequitur: Testamentum eternum constituit cum illis: ecce regni eterni/ tas. Hęc duo notanē in diademate: Demit eſſ duo/ seruilitatem ⁊ temporalitatem siue breuitatem. Sed istud regnū violatur per peccatum ⁊ diminuit: Unde iam homo non rex sed regulus dicit: quod est diminutiuum quasi paruuli vel pueri: ⁊ hoc ꝓpter paruitatem regni; ꝓpter paruitatem potētię; ꝓpter paruitatem sapientię. Propter paruitatem regni dico: q̄ modicum est: sola. ſ. longitudo hominis/ q̄ est septem pedum. Unde Eccs. ix. d. Ciuitas parua/ pauci in ea viri: id est virtutes. Philosophus. Omnia mea mecum porto. Item ꝓpter paruam potentiam. Unde Esa. j. g. Erit fortitudo vestra quasi fauilla stupę. Mum. iij. c. Omnes munitiones vestrę quasi ficus cum grossis suis: si concusſę fuerint/ cadēt in os comedētis. Ex paruitate autem potentię accidit q̄ occupant alieni regnum istud: id est demones vel motus carnales. Esa. j. c. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant. Item dicit regulus ꝓpter paruitatem sapientię. Sorores eſſ pueri sensibus non malicia: ⁊ ideo non reges sed reguli sumus. Eccs. x. c. Ue tibi terra cuius rex puer est: id est ratio puerilis sequet. s puerilia ⁊ vana. Prouerb. j. c. Usququo paruuli diligitis infantiam: ⁊ stulti ea quę sibi noxia sunt quęrunt? Ue ergo tali terę cuius rex puer est: quia tunc a suis qui deberent eum defendere dissipatur regnum eius. Di sunt quinq; sensus. Unde. j. Machab. j. b. Obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisq; in loco suo: ⁊ imposuerunt sibi diademata: ⁊ multiplicata sunt mala in terra. Hoc fit quādo quinq; sensus regnant in anima: tunc disperditur regnum. Eccl. x. a. Rex insipiens disperdet populum suum. Et nota q̄ insipientia regis est in tribus. Primum/ quando nō exercet iusticiam de malefactoribus. Secundum/ quando munitiones sibi aptas non ędificat/ vel ędificatas non conseruat. Tertium/ quando diuitias ad pugnandum sibi non congregat. De primo scilicet de faciēdo iusticiam dicitur Prouerb. xx. d. Dissipat impios rex ſapiens: ⁊ incuruat super eos fornicem. Ergo econuerso/ insipiens nō dissipat impios sed multiplicat. Esa. xxvj. d. Justiciam nō fecimus in terra: ideo non ceciderunt habitatores orbis. Item Prouerb. xx. d. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Secundo insipiens est: quia non ędificat sibi munitiones: De quibus dicitur. iij. Reg. ix. q̄ septem munitiōes ędificauit salomon. Prima munitio siue ꝓsidium fuit magedo: quod interpretatur fructus egę: ⁊ significat ieiunium siue parcitatem in cibo. Parca eſſ egna valde fructuosa est cōtra vitium guię ⁊ exercitiuz eius. Eccl. xxx. c. Uigilia ⁊ cholera ⁊ tortura homini infrunito: somnus autez sanitatis in homine parco. Secundum ꝓsidium est mello: quod interpretatur plenitudo siue adimpletio. Hęc est elemosyna: ⁊ est cōtra auariciam ⁊ exercitum eius. Prouerb. iij. b. Honora dominū de tua substantia ⁊ de ꝓmitijs frugum tuarum da pauperibus: ⁊ implebunt horrea tua saturitate ⁊ vino torcularia redūdabunt. Tertium est gazer: quod interꝓtat robuste consurgens vel fortiter vigilans. Hęc est strenua operum multiplicatio: ⁊ est contra accidiam. Prouerb. iij. b. Currens non habebis offendiculum tędij. ſ. tu q̄ es strenuus in multiplicatione opez. Unde ſcipit illis qui timent de paralysi vt semp moueāt mēbrum illud. Unde Eccl. vj. c. Subijce humerum ⁊ porta illas/ opando ⁊ non acidieris in vinculis eius. Quartū est bethoron: quod interꝓtat domus ire/ vel domus magistri: ⁊ significat disciplinam: ⁊ est contra luxuriam ⁊ exercitū eius. Prouerb. xxij. c. Stultitia colligata est in corde pueri: ⁊ virga disciplinę fugabit eam. Item Prouerb. xxvj. a. Flagellum equo ⁊ chamus asino: ⁊ virga in dorso impudentium. Quintum est palmira siue emath quod idem est: ⁊ interꝓtat formidans eos: ⁊ significat pauorem de ꝓpriis opibus: ⁊ est contra superbiam ⁊ inanem gloriam. Prouerb. xxviij. c. Beatus homo qui semp est pauidus. Job. ix. d. Uerebar omnia opera mea/ sciens q̄ non parceres delinquēti. Ibi dicit Gregorius. Oportet bona agere ⁊ ab eis se in mente sollicite custodire. In bonis eſſ opibus duo timenda sunt: desidia ⁊ fraus. Desidiam facit minor amor dei: fraudem ꝓprius amor sui. Fit aūt fraus tribus modis: cum ꝓ bene actis/ vel tacita hominum gratia/ vel fauoris aura/ vel cōmodum aliquod tempale desideratur. Et q̄ hoc facit/ est maledictus. Dicit. xlviij. d. Maledictus q̄ opus dei facit fraudulēter: vel negligēter/ alia littera. Sextum ꝓsidium est baalath vel balad: quod interꝓtat lugens eos: ⁊ significat misericordiam ⁊ compassionem de damnis ꝓximorum: ⁊ est contra inuidiam quę ridet de damnis ꝓximi. Job xxx. d. Flebam quondam sup eo qui afflictus erat: ⁊ compatiebatur anima mea paupi. Septimum est eger: quod interꝓtat fortitudo: ⁊ significat patientiam vel mansuetudinem quę omnia fortiter vincit: ⁊ est specialiter contra iram ⁊ exercitum eius. Prouerb. xvj. d. Melior est patiēs viro fortis: ⁊ qui dominat animo suo expugnatore vibiz: quia talis habet pugnā contra seipm ⁊ vincit familiarem inimicum. Baliui autem in his ꝓsidijs sunt septem dona spiritussancti: Et redde singula singulis. Quia autem ista ꝓsidia non habemus/ patet q̄ insipientes reges sumus. Tertiū q̄ ostendit insipientia regis/ est quando diuitias ad pugnandū nō congregat. De q̄bus dicit Esa. xxxiij. a. Diuitię salutis sapiētia ⁊ scientia: timor domini ipse thesaurus eius est. Ire Prouerb. xiij. b. Redemptio animę viri diuitię sue. Quis sit filius huius reguli videamus. Animus siue aīa pōt dici filius: cuius sollicitudinem debet gerere pater eius vt hęreditatē ei acqrat. ij. Cor. xij. c. Nō debēt filij parentibus thesaurizare sed parentes filijs. Igit thesaurizemus

✳ thesauros in eclia

b naret filium eius: Incipiēbat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum: Nisi signa ⁊ ꝓdigia videritis nō creditis.

a ℣Hic cum audisset / quia iesus aduenisset a iudea in galileā. b Rogauit ad eum et rogabat eum vt descenderet et sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum: Nisi signa ⁊ ꝓdigia videritis nō creditis.

5

b

† Regis insipientia in tribus cōsistit

Tribus modis fraus fit

✳ thesauros in eclia



A ℣ Tertio soluit ⁊ melius/ q̄ sicut ille q̄ dicit Marc. ix. d. Credo dñe/ adiuua incredulitatē meam: in parte credebat/ ⁊ in parte nihil credebat: ita ⁊ hic credidit: sed non integre nec; sane. Et hoc ostendit ex eo q̄ interrogauit seruos qua hora dimisit eū febris: volebat eſſ scire vtrū casu vel ꝓcepto christi hoc factū sit: ⁊ tunc ꝑmo ꝑfecte credidit quādo pueri dixerūt ei/ nō quādo christus. Si aūt venit ad christum ⁊ rogauit christum / licet parū crederet/ nil mirabile est: assueuerūt eſſi patres ob nimiū amorem filioꝝ / etiaz viles de quibus non ꝓsidunt medicos rogare: nihil omittere volentes eorum q̄ ad ꝓcurationē et salutē filioꝝ pertineant. Si eſſ multū cōfidisset/ decebat eum in iudeam ad christum venire: vel etiam cum in galileam venisset/ nō expectare donec iuxta domū venisset/ sed in primis finibus illi occurrere. Et ꝑ ista lectura ⁊ soluto vltima verio: sit: patet per id q̄ sequitur: a ¶Dicit ad eum regulus: Dñe/ descende ꝓius q̄ moriat filius meus. Correctus necdū credit/ sed loquit quasi non absens posſit cū sanare: nec absens posſit scire ea quę circa puerū erant: ⁊ quasi non posſt mortem posſit eum suscitare. Sed vtrūq; simul/ patrem ⁊ filium sanans/ b ¶Dicit ei iesus: vade/ filius tuus viuit. q. d. tu dicis descēde/ quasi nō posſim absens sanare: ideo statim sano filiū tuum sine descensu meo. Et ex efficacia verbi eleuatus in fide/ c ¶Credidit homo sermoni quē dixit ei iesus. Jam incipit credere: vt dicit Glo. q̄ sermone sanet: ⁊ sic meruit ille saluti filio. Chrys. et Aug⁹/ volūt q̄ nondū oīno habuit certitudinem fidei: quia postea scrutatus est horam/ scire volens vtrum a casu vel ab ipso iesu facta sit sanitas. Sed tamen/ d ¶Et ibat: ꝓfidens q̄ sanatus eēt filius. Libenter enim credit homo/ cum sibi dicit quod cupit. Hic querit Chrys. quare ad seruū centurionis sponte venit: Matth. viij. hic aūt nec; vocatus abijt. Ad hoc respondet: q̄ a centurione fides confirmata erat: idcirco ⁊ ꝓmisit ire/ vt discamus viri deuotionē: hic aūt regulus impfectus erat: ⁊ ideo dñs absens sanauit filium eius: vt sic eum ad fidem diuinitatis adduceret. Alia ratio est in Glo. quę dicit. Ad filium reguli non vadit etiam rogatus/ ne diuitias honorare videatur: ad seruum centurionis ire ꝓmittit / qui naturam hominis non despicit: In quo superbiam destruit: que in hominib⁹ nō pensat naturam sed quę extra parent. e ¶Jam autem eo: id ē regulo/ descendente/ serui occurrerūt ei. Glo. dicit q̄ vehiebant credētes. Chrys. videt velle dicere q̄ ideo occurrēt vt nunciarēt q̄ supflua esset ſſentia christi de reliq̄. Et vtrūq; potest esse verum: quia enim subito viderant conualuisse eum: ⁊ sciebant patrem ob hoc ad iesum iuisse: arguebant ex virtute christi sanatum esse/ eo q̄ naturalis sanitas non fiat subito: et ꝓcipue in eo qui laborat in extremis. f ¶Et nūciauerūt dicentes: quia filius eius viueret. Nō dicūt q̄ sanatus esset: cum tamen ⁊ hoc verum fuit: sed quia viueret/ innuentes per hoc magnitudinē morbi/ q̄ quasi de morte esset resuscitatus. g ¶Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerat. Interliñ. dicit/ q̄ hoc interrogat nō diffidēs de misericordia dei: desiderat ꝫo vt virtus diuina seruoz confessione plurimis innotesceret. Et hęc Glo. satis videtur dicere, ꝓbabiliter: quia ex magnitudine scire poterat q̄ naturalis nō potuisset filiū ita cito fuisse sanatus/ ſz miraculose. Chrys. tamē dicit ⁊ Aug⁹/ q̄ nondū perfecte credebat: sed interrogauit horam/ volens experiri vtrum casu vel ꝓcepto christi sanatus sit. h ¶Et dixerunt ei: quia heri hora septima. ſ. inter sextam ⁊ nonam: i ¶Reliquit eum febris. Chrys. Non simpliciter vt contingit/ sed repente dimisit: vt appareret non esse naturalis consequentia q̄ fiebat. Hoc etiā famulos suscitauit ad fidem. Et nota q̄ illum q̄ supra viuere diperant: hunc sanatum a febre dicunt. Et ita patet q̄ nihil aliud per vitam intelligebant / nisi q̄ magnitudinem morbi volētes innuere/ sic locuti sunt. k ¶Cognouit ergo pater: id est discutiēdo intellexit/ cōparās horā nūciantiū horę christi ꝓnunciantis: l ¶Quia illa hora erat in qua dixit ei iesus: filius tuus viuit. Et crēdidit ipse ⁊ domus eius tota: visa ⁊ probata magnitudine miraculi. Et autem innuat euāgelista q̄ ideo iam secūdū miraculū in chana: vt etiā primum per istud suscipiat diuulgationē/ subdit: ℣Hoc iterū secundū signū fecit iesus. Et dicit tēpus: m ¶Cum venisset a iudea ī galileam: quia cita primum a iudea veniēs fecit. Chrys. tamē aliter dicit. ſ. q̄ euangelista vult per hoc extollere samaritanos/ et commendare: q̄ nullum signum suscipiētes crediderunt: Galilei autem iam secūdum signum suscipientes/ nō crediderūt: nisi tm regulus et domus eius: sicut innuit textus ꝛc.

B

C

D

Moraliter ✳ thesauros in eclis: sicut dicit Matth. vj. c. Item pater debet filiū corrigere: sic ratio animū. Deb. xij. c. Quis filius quē non corripit pater? Item debet eum instruere: quia qui docet filiū in celo nutrit inimicum: vt dicit Eccl. xxx. a. Sic iam ꝓpredicta patet primū q̄ diximus hic considerandū. ſ. quis sit iste qui infirmat filius. ſ. reguli. Secundū q̄ notandū est: vbi infirmat/ in capharnaum: q̄ interꝓtat villa ꝓsolationis vel pinguedinis. Et in hoc notatur causa morbi: id est peccati abundantia: scz tēporalis sanitas: ⁊ fortitudo corporalis: ⁊ cętera huiusmodi bona naturalia quę dominus dat ad consolationem ⁊ gratiarū actionem: ſz nos vertimus in corruptionē. Pś. Prodūt quasi ex adipe iniquitas eorum. Luc. vj. d. Ue vobis diuitibus qui habetis hic ꝓsolationē vestrā. Tertium est/ qua infirmitate laborat: febri. ſ. q̄ est immoderatus calor circa cor interius. Et ideo in exterioꝝ sentit frigiditatē tāq̄ vt nō possit man⁹ extendere ad pauperes: vel mēbra ad alia bona mouere. Hęc est cupiditas q̄ vehemēter accendit cor. Ignis eſſ est qui nunq̄ dicit sufficit: vt dr Prouer. xxx. c. Et sicut est de febre: ita est de cupiditate. In accessu eſſ febrili calor ē immoderatus interius circa cor: ⁊ in exterioꝝ sentit frigus/ ⁊ interius nō sentit: ita in ꝓncipio sic cupidus intra se ardet igne cupiditatis/ nec tamē sentit illum calorem: quia non intelligit suam auariciā: ſz frigus exterius: quia semper credit fame mori: ⁊ semp credit parū habere: ⁊ ea q̄ habet amittere. Un̄ ⁊ manus habet frigidas ⁊ quasi contractas ad elemosynas/ ⁊ alia mēbra ad bona opa. Job. xv. c. Sonitus terroꝝ is semp in auribus illius ꝛc. Interius tamē totus ardet. Un̄ Eccl. xxiij. c. Anima calida quasi ignis ardēs/ nō extinguet donec aliquid glutiat. Apocal. xvj. b. Estuauerūt homines estu magno. Et nota q̄ inter omnes febricitantes/ solus ſgnerator habet cōtinuam: Alij auari/ vt raptores ⁊ fures nō habent nisi de die in diem: vel aliquādo ab anno in annū: sicut est quędā febris quę ē a quadragesima die in quadragesimam. Stuloli habēt febrem quotidianam. Quartū est quādo sanatur: ℣Hora/ inquit/ septima reliquit eum febris: quia per septem ab hac febre sanatur homo. Primum est difficultas peccandi/ q̄ ꝓcedit ex amotione occasionis peccandi / et opportunitas. Osee. ij. b. Sepiā viam tuam spinis. Secundū est amaritudo in peccando Judic. j. g. Extraxit amor⁹ filius dan in mōte: nec dedit eis locum vt ad planiora descenderēt: id est ad latam viā quę ducit ad mortem. Tertiū est tędiū peccādi. Sap. ij. a. Exiguū ⁊ cum tędio est tēpus vitę nostrę. Quartū est horor⁹ peccādi. Esa. xxj. a. Horrui cū audirē: turbatus sum cum viderē. Sap. xvij. b. Timore pulsi illius quę nō videbat sociei/ ęstimabant deteriora eē quę videbāt. Multum est cōfusio de peccato. Eccl. xiij. c. Est ꝓfusio adducēs gloriam. Unde philosophus. Erubuit salua res est. Sextū est abominatio hominū: quādo peccator sit opprobriū hominū et abiectio plebis propē peccatum suū. Prouer. xxx. d. Abominantur iusti virū impium. Septimum est aduersitas: q̄ſ ei semp male accidit ex quo incepit peccare: Aduersitas enī retrahit ad deū: Osee. ij. b. Reuertar ad virū meū ꝓiorem: q̄ bñ erat mihi tūc mag⁹ ęſ nūc. Sic ecōtra ꝓsperitas auertit a deo Prouer. j. d. Prosperitas stultoz perdet eos. Un̄ aug⁹ in libro de doctrina christiana: Nihil infelicius felicitate peccantiū. Vel septem horę

Pś. 72.

Universidad de Deusto
Biblioteca



possunt dici illa septem que dicit apostolus.ij. Corinth.vij.c. Scām deum contristari vos etiam in vobis operat sollicitudinem/sed defensionem/sed indignationem/sed timorem/sed desiderium/sed emulationem/sed vindictam. Vel septem hore/septem mundi considerationes. Prima est consideratio brevitatis:secunda mutabilitatis:tertia infidelitatis:quarta dolositatis:quinta malignitatis:sexta q tibi aduersat:septima q tibi inimicat. Expo. Ca.V.

Ost hec erat dies festus iudeorum. Istud capitulum potest diuidi in duas partes. Intendit ei euangelista hic de quadam persecutione qua persequebantur iudei dominum. Unde in prima parte ponitur causa persecutionis. In secunda vero responsio christi sue disputatio de causa illa: que incipit/ibi: Pater meus vsq; modo ꝛc. Prima pars diuiditur in quinq; partes. Prima continet id quod factum est inter christum ꝛ paralyticum. Secunda/disceptationem iudeorum cum paralytico:ꝛ incipit ibi: Dicebant ergo iudei ꝛc. Tertia/admonitionem qua admonuit christus paralyticum ne deceto peccaret/ibi: Postea inuenit eum iesus ꝛc. Quarta/nūciationē paralytici ipis iudeis q christus eum sanauerit/ ibi: Abijt ille homo ꝛc. Quinta continet verbum euangeliste dicentis q ideo iudei christum psequebātur/vbi dicit: Propterea persequebātur ꝛc. Prima pars primę partis diuiditur in plures partes: que ex ordine litterę patebunt/ne nimis multiplicetur diuisio. Ordo ad ꝓcedens vnus est ꝑm tempus. Tempus dico festorum:ꝛ tūc nō ordinatur ad ꝓcedens immediate/sed ad illum ascēsum de quo.S.ij.c.est habitum: Ibi em̄ ascēdit in pascha: hic autem ascēsus fuit in pētecosten:quod habet/tum ab auctoritate/tum p rationem. Chrysostomus em̄ dicit q istud fuit in pētecoste. Ratio est ad idē. Supra em̄ ascēdit in pascha: infra.vij.a.in scenophegia.j.r.c.narrat q ibi fuit in encēniis. Cum ergo p ordinem festoꝝ/pētecoste sit media inter pascha ꝛ scenophegiam/,pbabile est q hoc festum fuit pentecostes. Vel melius potest dici/q cum in pascha ꝛ scenophegia legatur ascendisse:ꝛ eodem modo ꝓceptum sit in lege ascendere in pētecoste/,pbabile est q hec ascēsio de qua loquitur hic/fuit facta in pētecoste:quia altas nō legitur in hoc euangelio ascendisse ad hoc festum nisi hic. Aliter ordinatur ad immediatum superius. Supra em̄ immediate habitum est de sanatiōe filij reguli in galilea facta ab ipo veniente de samaria:ꝛ sicut habitum est supra in principio capituli ꝓcedentis ,pter inuidiam phariseorum recesserat a iudea donec maiori testimonio operum ora eorum obstrueret. Cum igitur in galilea que est prouincia adiacens iudee famosum miraculum celebratum sit:cō sequebat vt in iudeam ad manifestationem sui rediret:vt iam omnis excusatio tolleretur iudeis tunc cōuictis a testimonio operum illorum que facta sunt in partibus adiacētibus. Dicit ergo: a ¶ Post hec/que supra narrata sunt: b ¶ Erat dies festus iudeorum/pētecoste. c ¶ Et/hac de causa/ascendit iesus hierosolymam. Et q festiuitas causa fuit ascēsus nūc/patet p Chrysostomum sic dicentem: Cōtinue diebus festis vadit in ciuitatem ob hoc quidem vt videatur cum eis diues festos facere: Ecce vna causa. Item vt multitudinem ferudiat simplicem:id est ad se trahat:maxime em̄ diebus festis bi quit vicinius erāt dispositi concurrebāt: Ecce alia causa: quia ,pter multitudinem simplicium modo venit qui calumniari nescierunt. Sequitur narratio cuiusdam quod erat in hierusalem/sine cuius narratiōe nō poterat sciri miraculum perfecte. Unde dicit: d ¶ Est autem hierosolymis ꝓbatica piscina ꝛc. Probatica dicitur a probaton/quod est ouis: quia ibi lauabātur oues ad immolādum. Piscina vero idem est quod cisterna quędam ampla nō multę ꝓfunditatis:sed tamē nō habēs omnino aquam tangētem superiores partes litoris vel ripę. Et dicitur piscina ꝓ antiphrasim/eo q minime pisces habebat:sicut sorores diaboli parcę dicūtur/eo q nulli ꝑcāt. Que.s.

Moraliter Moraliter. a ¶ Post hec erat dies festus iudeorum et ascendit iesus hierosolymam. In fine ꝓcedētis capituli habetur de sanatiōe infirmi:hic agitur de die solēni. Primo igitur fit sanatio a peccato:postea sanatus debet testificari id est gratias agere:ꝛ deinceps feriare ꝛ vacare/ne deinceps agat opus seruile id est peccatum. Unde.j.eodem.c. Ecce sanus factus es:iam noli amplius peccare/ne deterius tibi cōtingat. Et tunc iesus ascendit hierosolymam:quia tunc in anima ponit māsionem suam. Sap.j.a. In malivolam animam non introibit sapiētia ꝛc. Item in die festo:id est in ocio lectionis vel contemplationis intrat ad animam iesus:id est sapientia salutaris. Eccl.xxxviij.c. Sapientiam scribe:id est tibi imp̄time/in tempore vacuitatis:ꝛ qui minoratur actu sapientiam percipiet:quia sapientia replebitur. Mystice. Dies festus est tempus gratię/in quo ascēdit iesus hierosolymā: quia tunc visitauit ecclesiam ꝛ exaltauit nostram naturam. b ¶ Est autem hierosolymis ꝓbatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida/quinq; porticus habens. Thema in quadragesima in qualibet die:vel quando inuitātur homines ad pnitētiam. Unde notanda sunt hic quattuor: Que sit hec piscina: que porticus: quis angelus: quis languidus. Moraliter. Piscina est sacra scriptura. Quinq; porticus sunt quinq; libri moysi. Angelus dei filius. Languidus humanum genus. Moraliter/etiam piscina est pnitentia. Sicut em̄ nihil erat dignum offerri domino/ad litteram:nisi ꝓius in ea lauaretur:ita nullus est dignus offerri domino spiritualiter/ nisi ꝓius sit lotus q pnitentiam. Hoc significatum est per mare siue labium eneum/quod idem est: Exo.xxx.c. Facies labium eneum cum basi sua ad lauādum/ponesq; illud inter tabernaculum testimonii ꝛ altare:ꝛ missa aqua lauabunt in eo aaron ꝛ filij eius manus suas ac pedes. Quod potest exponi de pnitentia:que dicitur mare ꝓ amaritudine contritionis:labium ꝓ confessione. Dicitur etiam eneum ꝓ constantia ꝛ fortitudine in labore satisfactionis. Basis est restitutio. Labium ergo cum basi est pnitentia cum restitutione:quia aliter non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Istud labium ponitur inter tabernaculum ꝛ altare. Altare est ecclesia militans in qua debemus nos offerre deo/ꝓius lotos q pnitētiam. Roma.xij.a. Obsecro vos p misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem/sanctam/deo placentem ꝛc. Tabernaculum est vita eterna siue celestis patria:quod nequaq; trāsferri poterit:vt dicitur Esa.xxxiij.d. Qui ergo a militante ecclesia volunt ire ad triumphantem/oportet q ꝓ mediā trāseant pnitentiam. Hęc em̄ est via. Unde Matth.iij.a. Egite pnitētiam:appropinquabit em̄ regnum celorum. Aqua ponitur in labio:quando pnitentia fit cum lachrymis vel cum gratia. Tunc aaron ꝛ filij debent lauare in eo manus ꝛ pedes: id est peccata opis ꝛ affectionis per pnitētiam diluere:maxime quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij:ꝛ quando accessuri sunt ad altare vt offerant in eo thymiama domino/ne forte moriantur. Ideo dicit sacerdos Confiteor/antequ accedat ad altare. Ita ꝛ nos oblaturi ꝛ reddituri deo animas nostras in morte/ tanq; thymiama redolens suaue/ debemus ꝓius animam a peccatis omnibus abluere. Item hec piscina significata est per luterem.iij.Reg'.vij.d. Item Eccl.xlviij.c. Ezechias munivit ciuitatem suam:id est christus ecclesiam:et indurit in medium eius aquam doctrinę gratię ꝛ lachrymarum:ꝛ fodit ferro rupem ꝛ ędificauit ad aquam puteum. Aq̄ que est infossa rupe plus durat ꝛ melior est:sic donum lachrymarum gratius est deo ꝛ placidius ꝛ diutius durat in corde duro defosso clauis ꝛ lancea ꝛ passiōis christi memoria. Hec piscina erat hierosolymis:quia tm̄ in ecclesia facta pnitentia est fructuosa. Job.xxviij.a. Auro locus est in quo conflatur. Locus est ecclesia:aurum/ fidelis anima:conflatorium/ pnitentia. Et notā q piscina aquam non habet a se sed a pluuia: ꝛ vt cadat pluuia homo non potest facere/sed tm̄ a domino impetrare. Jaco.v.d. Orauit helias ꝛ celum dedit pluuiam: ꝛ terra dedit fructum suum: Sic pnitēs a se nō habet aquam lachrymarum:sed ꝑcibus potest impetrare. Deut.xj.b. Terra ad quam ingrederis possidendam non est sicut terra egypti de qua existi:vbi iacto semine in hortorum morem aquę ducuntur irriguę:sed mōtuosa est ꝛ campestris de celo expectās pluuiam/ quam dominus deus tuus semper inuisit. Aliquidum sunt in egypto vitiorum/multas habent lachrymas/maxime quando tactur semen in eis ad fructificandum quasi in hortorum:id est quando eis ꝺdicatur. In ꝺdicationibus em̄ plorant quando volunt:sed quando conuersi sunt perfecte/et simunt montuosi per opera contemplatiue:ꝛ campestres ꝓ operatiue/ tunc aquam lachrymarum non habent ad libitum sed oratione impetrant. Et hec est vera gratia. Job.xxxviij.c. Quis est pluuię pater/vel quis genuit stillas roris? Item notādum q piscina dicta est ꝓ antiphrasim:quia piscibus caret:

✳ Sic pnitētia



parcant. a ¶ Que:fez piscina/cognominatur hebraice bethsaida:latine domus venationis/ vel domus frugū/vel pecudum:vt ex significatione vocabuli darek intelligi ipsam pertinere ad ritum sacrificiorum. De oibus enim illis tribus fiebāt sacrificia:pecudes autem ibi lauabant. b ¶ Quinq; porticus habens.

Porticus est ,pprie umbraculum qō paratur residentib⁹ in ꝛta domum/ vbi cōmunitas populi congregatur: sicut supra ecclesiam vel palatium siue consistorium. Et hic similiter ista piscina ,pter virtutē curandi quā habuit in descensu angeli/ꝛ ,pter ritū sacrificioꝝ/quoꝝ vtrūq; cōmunitatē populi tangebat/habebat porticus in qua defensi ab estu ꝛ pluuia aduentes discumberent. Et nota q tres erant piscine in hierusalē.

Tres fuerūt in hierusalez piscine.

Una que dicitur superior/que erat extra hierusalē:que dicitur exterior siue superior/in quā descendebat aqua pluuialis descendens in campo. Alia que dicitur inferior/que erat intra septa ciuitatis/in quā descendebat exterior ꝛ ertiā aqua descendēs in ciuitate. Tertia erat circa templū:de qua hic loquitur: in quam descendebat pluuia ibidem descendens. Propter montuositatē enim terre ꝛ petrositatem erat penuria aque ibi: ꝛ ideo oportebat multiplicari piscinas. c ¶ In his iacebat. Verbum iacendi notat manlionem:quia non omnes iacebant:qui enim poterant/probabile est q sedebant vel stabant/parati semper ad descensum. Multitudo magna languentiū. Et nō petur q piscina cū erat ordinata ad curam vnius infirmitatis: sicut sunt balnea naturalia:subdit/ f ¶ Cecorum:quib⁹ nulla est sanitas naturalis:quia ꝓpter ꝓuationē ad habitum vbi destructa est potentia recipiendi/non est regressio cursu naturg. g ¶ Claudorū:qui viciata siue distorta habebant membra. h ¶ Aridorū:quibus in musculis mēbrorum non tm̄ est obstructus meatus spiritus/sed etiam meatus nutrimēti. Et posuit ista tria:quia in omnib⁹ nulla est cura naturalis. i ¶ Expectantium aque motum. Hoc em̄ erat signum q collata erat virtus tunc sanandi vnum. Motus autem aque accipitur ꝓ motu cum strepitu magno/sta vt omnes ssirmi perpenderent/etiam ceci qui videre non poterant. Chrys. Claudi illum motum videre poterant: sed ceci quō sciebant? Forte/ssis a tumultu. Ne autem putaretur q aqua piscine hoc virtutis habuerit per se/subdit: k ¶ Angelus aūt domini ꝛc. Anteq; hoc bene intelligatur / necesse est quedam dubia supponere. Et primum dubium est vnde venerit vis curatiua ipsi piscine ad descensum angeli:ꝛ quādo habuerit principiū. Secundo dubitatur an fuerit omnium membrorum cura in illa: vt etiam includant mortui: et etiam bi qui defectum materię habebant in membris:sicut ceci qui orbi vel orbati dicuntur:ꝛ manci ꝛ lozipedes ꝛ huiusmodi. Tertio grīt an cura illa fuerit ratione alicuius existentis in aqua: vel ratione angeli descendentis. Quarto que fuerit necessitas cōuenientię q istud fuerit in hierusalem tempore incarnationis ꝛ nō ante. Quinto quem ordinem habeat ad miraculum q hic recitatur cura que exhibebatur in piscina. In solutione autem omniū horum ,pcedam confitendo magis q̄ asserendo. Ad primum ergo dicendum q vis curatiua morborum spiritualiū collata est aque ✳ in baptismo christi:

Moraliter ✳ Sic pnitētia curiosos ꝛ auaros nō cōtinet/q omni curiositate carere debet: Contra quosdam qui in pnitentia nimis sunt curiosi/facientes peccata vbi non sunt. Unde non habent piscinam sed stagnum:ꝛ ideo timendum est eis ne immundos pisces:id est curiositatem malam et immundam habeant. Et nota q piscis nunq; offerebatur dño/licet aliquis esset mundus. Et hoc:q licet sit bona curiositas aliqñ/cito tamē potest degenerare in prauam. a ¶ Que cognominat hebraice bethsaida. Grece dicebatur probatica:qō interpretat pecualis:sed hebraice dicebat bethsaida/quod interpretat domus frugum. Per grecos qui gentiles erāt/peccatores intelligunt:qui pnitentiā reputāt pecualem.i. stulticiā: sed iudei veri confitentes deum ꝛ peccata sua: sine hebrei/qui nō habēt manentem ciuitatem: vt dicit Heb.xiij.c. Pnitentiā vocāt domum frugū/ex quibus viuet homo in futuro: Hoc est qō dicitur.j.Cor'.j.c. Verbum crucis pereuntibus quidem stulticia est:his aūt qui salui fiūt.i.nobis virtus dei est. b ¶ Quinq; porticus habens. Hec sunt quinq;/per quoꝝ recognitionē debet peccator aggredi pnitentiam. Primum est:q̄ pnitētia ois ablata restituit. Deū.xj.c. Tres adhuc dies sunt post quos recordabitur pharao ministerij tui: ꝛ restituet te in gradum pristinum. Tres dies/tres partes pnitētię/cōritio/cōfessio/satisfactio. Pharao deus pater:pincerna in carcere/peccator in peccandi cōsuetudine. Hunc ergo restituit dominus in statum gratię. Un Luc.xv.c. Cito ,pferte stolam primā ꝛ induite illum et date anulum in manu eius et calciamenta in pedes eis. Dñe quando respicies restitue animam meā ꝛc. Secūda porticus est cogitatio q post mortem nō est locus pnitēdi. Eccl.ix.c. Quodcunq; potest manus tua instanter operare: quia nec opus nec ratio/nec scientia/nec sapientia erūt apud inferos quo tu ,peras.j.ix.a. Operamini dum dies est:q̄ venit nox in qua non licet operari. Tunc mali pnitebūt:sed pnitentia eorum non habebit fructum. Erunt em̄ sicut arbores autūnales/ bis mortuę/que in autūno florent:sed nunq; faciunt fructū. Sap'.v.a. Gementes pę angustia spiritus/dicentes intra se pnitentiā agentes ꝛ pre angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum ꝛc. Tertia porticus est cogitatio q nisi pnituerit in ꝑsenti/pnas exoluet eternas in futuro pro omnibus peccatis. Heb.x.f. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Sap'.vj.a. Horrende et cito apparebit vobis. Tunc respondere non poterimus vnum pro mille: sicut dicitur Job.ix.a. Vere scio q ita sit ꝛ q̄ non iustificet homo comparatus cum deo: Si voluerit cōtendere cum eo: nō poterit respondere ei vnum pro mille. Ideo bonum est bic pacem cum deo facere:quia non poterimus cum eo in iudicio cōtendere. Luc.xiij.g. Quis rex iturus cōmittere bellum cōtra alium regem/non ꝓius sedens cogitat si possit cū decem milibus occurrere ei/qui cum viginti milibus venit ad se: alioquin illo a longe adhuc agente legationem mittens/cogitat que pacis sunt:id est pnitentiam que reformat pacē inter deum ꝛ peccatorem. Quarta porticus est cogitatio q fructuosius est et lenius agere pnitentiam statim q̄ in fine vitę/ vel q̄ in purgatorio. Unde Eccl'. iij.b. Diem pro anno:diem unū pro anno dedi tibi. Repetitio confirmatio est. Eccl'.v.b. Non tardes converti ad dominū: ꝛ ne differas de die in diē: quia subito veniet ira illius ꝛ disperdet te. Quinta porticus est cogitatio q pnitentia prolongat vitam temporalem quā continuatio peccati abbreviat. Unde Ps. Viri sanguinum ꝛ dolosi non dimidiabunt dies suos. Et Job.xv.d. Anteqū impleantur dies eius peribit/ꝛ manus eius arescent. Sed econtra per pnitentiam prolongant: Esa.xxxviij.a. Audivi orationem tuam ꝛ vidi lachrymas tuas: ecce ego adiiciam sup dies tuos annos quindecim. Ps. Dies super dies regis adiicies ꝛc. Qui ista vere cōsideraret/libēter ingrederet piscinam pnitētię. Sz in his iacēt quidā pigritātes.s. ꝛ timētes cōverti ad dñm: qui cogitāt de pnitendo: sed tamē differūt/ sm illud Esa.xxxvij.a. Venerunt filij vsq; ad partum: ꝛ virtus non est pariendi. Un dicit hic: c ¶ In his iacebat .i. pigritabatur. d ¶ Multitudo magna: q̄ pigrorū ꝛ stultorū infinitus est numerus: vt di Eccs.j.d. e ¶ Languentiū: per torporē ꝛ ignauiā. Eccl'.x.b. Lāguor ꝓlixior gignat medicū. f ¶ Cecorū: p ignorantiā. Esa.lvi.d. Speculatores cui ceci omnes. Esa.xlij.d. Quis cecus nisi servus meus? g ¶ Claudorū/p vacillationem ꝛ titubationem. Faciam/nō faciā dicit piger. Un Prouer.xij.a. Vult ꝛ nō vult piger. Jaco.j.b. Vir duplex animo inconstās est in oibus vijs suis. Quia claudicat.iij. Reg'.xviij.d. Usq; quo claudicatis ꝛc. h ¶ Aridorum/per coidis ouriciam: quādo indecuoti sunt ꝛ incōpatiētes ad opa misericordię. i ¶ Expectantiū aque motū: q̄ ipsi volūt q̄ gratia cogat eos ꝛ moueat sine suo consumine. Sed dicit Aug'. Qui creauit te sine te/ non te iustificat sine te. Tales sunt pigri ꝛ peresuinātes/qui iacent in torpore. Cōtra q̄s dicit Eccl'.v.b. Ne tardes cōuerti ad dominum:et ne differas de die in diem:subito enim veniet ira illius:et in tempore vindictę disperdet te. Hi significantur.iij. Reg'.xxij.a. per heliam qui ꝓiecit se et obdormiuit sub umbra iuniperi. Per iuniperum enim significatur caro sine corpus nostrum: sub cuius umbra pigritamur. Sz angelus.i.gra excitat nos ꝛ inuitat ad manducandū panē subcinericiū.i.ad pnitentiā: in cuius fortitudine debemus ire vsq; ad montē dei oreb.i.vsq; ad mēsam eternam. Sed statim iterū obdormiuit. Sic multi ꝺ in quadragesima pnituerūt/statim in pascha iterū in morte peccati obdormiunt. k ¶ Angelus aūt dñi sm tempus

Universidad de Deusto
Biblioteca



in baptismo christi: ⁊ hoc in coniunctione ad virtutem nominis ipius trinitatis / ꝑm formam baptismi: ad quem baptismū assuefecit baptismus iohannis ex pāte conuenientię in materia: ⁊ etiam in quadam forma: Tradebatur em in nomine venturi: quę forma ordinatur ad illam quę fuit post resurrectionē / qua baptizabat in nomine christi. Et hoc viterius ordinem habet ad hanc. In nomine patris ⁊ filii ⁊ spiritussancti: ꝑm qō ꝓbat Ambrosius. Quia igit aqua vim curatiuam in potentia accepit in baptismo christi: sed oportet adhuc adduci homines a legalibus ad illum: puto / quia sicut incepit illa manuductio quę fuit per iohannem circa tempus quo christus de huic baptizari: ita ꝛcepit alia manuductio ex parte effectus baptismi in tempe quo christus baptizatus est. Et sicut ibi notak ordo q̄dam formę ad formā in eadē materia: ita hic notak ordo effectus ad effectum in materia trāseūte ab vmbra ad veritatem. Unde cum in baptismo christi notek effectus curationis animarum: cui subest effectus curationis corpoz tanq̄ minoris potentię existens: ita materię trāseūtis ab vmbra ad veritatem est effectus curandi corpora: materię autem eiusdem existentis sub veritate est effectus curandi spiritum. Et sicut materia sub veritate non habet actum curationis nisi inuocata virtute increata ⁊ operatione illius: ita consequebatur vt materia transiēs ab vmbra fieret in actu curationis ꝓ virtutem subtantię: quę immediate supponit substantię increatę: ⁊ ita ꝓ descensum angeli. Et ꝓ ita sit / ꝓbabiliter videtur ex hoc / ꝙ hoc nō flebat in qualibet aqua: sed in illa quę vmbrę seruiebat scilicet sacrificijs: ideo em dicitur / piscina ꝓbatica. Hoc etiam accipitur ex verbis Chrysostomi in homelia. xxxvi. vbi sic dicit: Primum quidem inquinamenta corporum: deinde ⁊ infirmitates diuersas ꝓ aquam facit solui. Volens em nos deus ꝓpius ducere baptismatis dono / nō adhuc inquinamenta simpliciter soluit: sed ⁊ egritudines sanat. Propiozes em veritati imagines ⁊ in baptismate et in passione ⁊ in alijs magis antiquis manuducere possunt. Sicut em qui ꝓpe regem / his qui alonge armigeris sunt clariores: ita vtiq; ⁊ in typis fit / ⁊ sanatiuam imponebat virtutem / vt discant iudei quoniam multo magis angelorum dominator omnes egritudines animę sanare potest. Sed sicut hoc nō simpliciter sanabat aquarum natura: vere em vtiq; semp hoc fieret / sed in angeli descensione: ita ⁊ in nobis non simpliciter aqua operatur / sed cum spiritus acceperit gratiam. Et hoc patet fere totum quod dixi. Conueniens em fuit vt esset trāsitus a virtute mundante sordes estimatas / quę non vere erant: sicut tactus mortuoꝝ ad virtutem mundantem egritudines: et deinde ad virtutem mundantem peccata. Notandum autem ꝙ sicut dicit magister in hist̄oria: de hac motione aquę quando inceperit / determinare incertum est: sed ꝓbabile est ꝙ ꝓximo ante aduentum domini / siue circa aduentum: forte circa tēpora machabeoꝝ. Nam si ante fuisset factum / non ita esset in ꝓcedentibus hist̄orijs ꝑtermissum. Et fuit hoc apertum signum de aduentu christi. Sicut em quędam ꝓpria signa ꝓcedent secundum aduētum christi: ita ⁊ q̄dam ꝓcesserūt ꝓnum. Et vide quia nō erat hora descensus angeli in piscinā determinata: aliqn nō iacerēt languidi in porticibus: nec venirēt nisi circa horam determinatam. Traditur autem quidam / sed nō est autenticum ꝙ regina saba vidit in spiritu in domo nechota: id est pigmentaria / lignum quoddam: ⁊ nūciauit salomoni cum iam recessisset ab eo: quia ꝓsentialiter ei dicere timuit / se vidisse quoddam lignum in domo saltus / in quo suspēdendus erat q̄dam / ꝓ quo occiso perirent iudei / ⁊ ꝓderent locum ⁊ gentem. Et certis indicijs indicauit illud regi. Quod timens salomon in ꝓfundissimis terrę visceribus occultauit illud: vbi facta est postmodum piscina. Appropinquante autem tempe christi / supenatauit lignum / quasi ꝓnuncians christum: ⁊ exinde cepit motio ꝓdicta vt dicit. Ad secundum potest dici ꝑm quosdam ꝙ nō fuit omnium / sed illorum tm qui sine opere creationis ꝓfici poterant. (Tertus autem videt dicere cōtrarium: quia scz sanus fiebat primus a quacūq; detineretur infirmitate. Et tertius dicit ꝙ ibi iacebāt cęci. Item dicit Chrysostomus. Et ibi sanabant claudi ⁊ trūcati.) In illis em est quasi motus de sicco ad subiectū virtute fortiozi q̄ sit virtus naturę: In illis autem in quibus est creatio / sicut in oꝛbatis ⁊ mācis vbi necesse est ꝓducere materiam de nihilo: ⁊ in mortuis vbi ē destructio complexionis / ommno oportet opari virtutem infinitam / q̄ l is fuit virtus christi: Ibi em est q̄si motus de nō ente simpliciter ad entitatē: q̄ cū distēt infinita distātia / necesse est ꝙ virtute infinita ꝓducant. Talis aūt nō fuit virtus aq̄ ad descēsum angeli / eo ꝙ ipa ordinabat ad fortiozē: sicut patet ex dictis. Et ex hoc etiā soluit ad tertiū: qz virtus fuit in aq̄ rone cōactus ad carnē christi cū descensu angeli: vt tradūt q̄dā. Chrysostomus tm non dicit / nec alij sancti: ꝙ illa aq̄ haberet virtutē aliquā ex contactu carnis christi: nec ego credo: sz sicut dicit Chrysostomus. Angelus descendēs turbabat aquā ⁊ vi sanatiua ꝓponebat aq̄: nec simplicit sanabat aq̄ natura: qz tūc semp ꝑfieret: sz in angeli descēsione. Un pōt dici ꝙ in aq̄ erat q̄dā potētia sanativa materialis ⁊ passiua: in angelo aūt q̄si activa ⁊ cōpletiua. Illā aūt ꝛtutē materialē habebat aq̄ a volūtate diuina / siue a cōtactu carnis christi / siue a cōtactu ligni dñici / nescio / deus scit: qz nō ē scriptū: nec esset bonū somniare aliq̄d nouū. Quare aūt unus tm sanabat: hęc est ratio ꝑm Aug⁹. vt unitas fidei ⁊ baptismi cōmendet: in cuius figura ꝓcessit hęc piscina. Ad q̄rtū patet solutio ꝑ auctoritatē Chrysostomi. Pōt etiā dici ꝙ natura nra ꝑm corpus in defectus corpales ⁊ mortē inciderat ꝓ adā: ⁊ facta ē passibilis ad claudicationē ⁊ egcitatē ⁊ alias prauitates mēbroꝝ. Christus aūt reparaꝛ nature ꝙ uniuersalit oēs defectus curauit: ⁊ hāc potētiā uniuersalis curatiōis ostēdit in miraculis q̄ fecit. Cōsequebat ergo vt esset potētia ꝑticularis curationis q̄ introduceret uniuersalē: ⁊ hęc fuit in piscina tēpe incarnatiōis. Ad quintū dicēdū est eodē mō: ꝙ christus iurta piscinā voluit curare / vt ostēderet ꝛtutē curādi omnē morbū ⁊ spiritalē ⁊ corpalē esse in seipō ⁊troducēdā: cui⁹ typus imediatus ꝓcessisset in motu piscinę ab āgelo. Dis habitis facilis ē lra. Dicit em: Angelus aūt dñi: reducēs ad actū potētiā piscinę: a ¶ Descendebat / de cęlo assumpto corpe quo cōmotionem illam gagebat: b ¶ Scom tps in piscinā: qz ꝑticular⁹ fuit curatio. Et / ꝑm tēpus / qz nō semp: ⁊ ꝑm ęgritudines / qz nō oēs curabat / vt videt: ⁊ ꝑm ꝓpter / qz nō oēs ꝙ descēdebāt curabant. Si ꝓ q̄rit / quo tempe descendit? Dicimus ꝙ incertū erat de descensu angeli ⁊ motu aq̄. Q̄ inde ꝓpendit: quia languidi semper erāt ibi / q̄ ad certam horam cōuenirent tm si scirent. c ¶ Et mouebatur aqua / cōmotiōe sonora ab omnibus ꝑceptibili. d ¶ Et qui ꝓior descendisset in piscinam post motionem aquę / factam ꝑ angelum. e ¶ Sanus fiebat a quacūq; detinebatur infirmitate. Sed quare potius sanabatur ꝓior q̄ posterior? Puto ꝙ typus veritati nō tm in facto debet respondere sed etiam in dispositiōibus: Ut cum ꝓioritas descēsus notet sperationez ⁊ auiditatem sanitatis ⁊ certitudinem fidei de sanitate in descēdente / hęc respondent fidei sanitatis ⁊ desiderio spūali in adulto veniente in baptismum: sine q̄bus sanitatem nō cōsequit baptizatus. Sequitur:

a dñi descēdebat ꝑm tēpus in
c piscinā: ⁊ mouebat aq̄. Et q̄
d pōr descēdisset in piscinam
e post motionem aquę / sanus
fiebat a quacūq; detinebat

¶ Erat autem ⁊c.

✳ descendebat in piscinam. Hęc ē gratia quę informat pnitētem: quę dicitur ꝑm tempus descendere indeterminate: quia non semper datur: ⁊ quando dak / datur occulte. Job. ix. b. Si venerit ad me non videbo eum. Eccl̄s. ix. a. Nescit homo utrum sit dignus amore vel odio. c ¶ Et mouebatur aqua. Angelus mouet aquam: quādo gratia compellit exire lachrymas / ⁊ mouet ⁊ excitat in homine deuotionē. Sicut em lotrices quādo bene volūt lauare pannos / mouent aquam et pannos reuoluūt per eam: ita gratia facit quę est optima lotrix. Judic̄. ii. a. Cum loquerek angelus dñi ad filios isrl / eleuauerūt vocem suam ⁊ fleuerūt: Ecce motio aquę. Et sunt ibi quinq; q̄ angelus eis imꝓperat. Primum est a q̄bus ⁊ quātis malis eos dñs liberauit: q̄m a seruitute ęgypti. Secūdū q̄ bona eis tribuerit. Tertium ostēsio eoꝝ ingratitudinis: quia post tot beneficia non custodierunt eius mandata. Quartum offensio dñi eo ꝙ adoꝛauerunt idola. Quintum est cōminatio pęne ętern̄ quam meruerūt. Per hęc quinq; mouek aq̄ ⁊ lauak ⁊ sanak anima. Sequit: d ¶ Et qui ꝓior descendisset in piscinam post motionem aquę sanus fiebat a quacūq; detinebatur infirmitate. Qui vult sanari oportet ꝙ post motionem aq̄ descēdat in piscinā: id est ꝙ post deuotionē ⁊ lachrymarū effusionē magis q̄ ante se humiliet ad pnitētiam. Nō em ille sanak qui de gratia data vel de dono gratiaꝛ supbit / sed q̄ se humiliat: vt cū ꝓsummauerit bō tūc incipiet: Eccl̄. xviii. a. Et cum omnia bn̄ fecerimus / dicamus servi inutiles sumus: Luc̄. xvij. c. Itē Eccl̄s. i. b. Oia flumina intrāt mare. i. ingrę ad coꝛ hūile: ⁊ mare nō redūdat ꝑ ostērationē ⁊ iactātiā. Et nota ꝙ qui ꝓior descēdit ille sanak: qz q̄ mag⁹ se

✳ humiliat ille

Moraliter



A N a ¶ Erat autem ⁊c. Ex hijs dictis patet ordo huius ad ꝓcedēs: quia ꝓcedēs fuit introductiuū huius tāq̄ typus vicinus. Un̄ dicit: Erat autem ibi: scz ī vno porticu piscinę: b ¶ Quidam homo. Nō ponit nomē eius / vt innuat humilitatē eius ⁊ paupertatē. c ¶ Triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Ecce describit eū a patientia in lōgitudine ī firmitat̄. Et hęc oīa faciebāt em apꝓximare salutī q̄ est per christū. d ¶ Hunc cum vidisset iesus iacentez. Visio hic cōpassionem notat ex cōsideratis circūstātijs infirmitatis ⁊ patiētia egroti. e ¶ Et cognouisset / cognitiōe illa q̄ nascit ex sensibus via exꝓiētię. f ¶ Quia iam multum tempus haberet / in ifirmitate: nec ꝛteritoꝝ aduersitas ad impatiētia frangeret: nec futuroꝝ incertitudo eū faceret desperare de salute: sed cū patiētia expectaret: g ¶ Dicit ei: nō ignoraꝛis: sz vt etiā māsuetudo infirmitatis in molli respōsiōe appareat / ⁊ vt etiā ipe egrotus magis familiaris christo fiat: ⁊ sic citius credat. Un̄ q̄stio est q̄si via ad fidē ꝑ familiaritatē. Et ideo dicit: h ¶ Vis sanus fieri? Nō dicit: vis te curabo: qz mihi magnū adhuc de christo suspicabak: ⁊ in uniuersali erigit eū ad fidē ⁊ spem salut̄. Oō ⁊ ille pcipiēs / nō quicq̄ estimat de salute q̄ est ꝑ christū: sed de ea q̄ est de piscina / ait: k ¶ Domine / hominem non habeo vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. q. d. vellē vtiq; sanus esse: sed indigētia ministri ⁊ defectus ꝓpriaꝛ virtū impediūt me a salute. Et primū. s. indigētia ministri notak ꝙ verba q̄ dicta sunt. Secundū ꝙ hoc q̄ sequitur: Dum venio enim ego / alius ante me descendit. Et nota q̄ta deuotiōe captus ē ad benignitatē sermonis christi. Statim em ea deuotiōe captus ē ad benignitatē sermonis christi. Statim em eū bonoꝛās dominū dicit: q̄ etiā vt ad cōpassionē moueat / inducit duplicē suam indigentiam: q̄ ꝛtacta est. Christus aūt ostendēs: qz nō tā locū habet salus ꝛticularis in typo / sz ipe fons salutis ⁊ veritas accessit. o ¶ Dicit ei iesus: Surge tolle grabatum tuum et ambula. Et ꝑmū q̄dem in facilitate ꝓcepti notak infinitas virtutis in curante. Et hoc notat Chrysostomus. Nō solū sanat sed ⁊ lectū leuare iubet: vt ⁊ q̄ fiebat / credibile faceret miraculum: ⁊ nullius estimet imaginationem: id est phantasiam esse id q̄ factus est. Neq; em vtiq; ni si certissime ⁊ vehemēter ei cōpacta essent membra lectulum ferre posset. Facit autez hoc vt obstruat oꝛa detrahentiū miraculo: Sicut infra. vj. b. de panibus facit multas reliquias panum / ne dicatur fuisse phātasticum miraculum. Item Matth̄. viii. a. Vade ostende te sacerdoti. Item supra ii. b. Ferte architriclino ⁊c.

B Chrysostomus. Nō solū sanat sed ⁊ lectū leuare iubet: vt ⁊ q̄ fiebat / credibile faceret miraculum: ⁊ nullius estimet imaginationem: id est phantasiam esse id q̄ factus est. Neq; em vtiq; ni si certissime ⁊ vehemēter ei cōpacta essent membra lectulum ferre posset. Facit autez hoc vt obstruat oꝛa detrahentiū miraculo: Sicut infra. vj. b. de panibus facit multas reliquias panum / ne dicatur fuisse phātasticum miraculum. Item Matth̄. viii. a. Vade ostende te sacerdoti. Item supra ii. b. Ferte architriclino ⁊c.

Moraliter

✳ humiliat ille magis exaltak. Item in hoc ꝙ vnus ꝑ ꝑmus sanak cōmēdant nobis duo in pnitētia: strenuitas ⁊ vnitas: vt hō sit strenuus in se ⁊ velox / ⁊ vnus: id est cōcors ad alios. De ꝑmo dicit Eccl̄. xxxi. c. In oibus opibus tuis esto velox: ⁊ oīs infirmitas nō occurret tibi. De secūdo / Eccl̄. iiij. i. Multitudinis credētium erat coꝛ vnum ⁊c. Item. i. Cor̄. ix. d. Unus accipit brauiū. Sequit: a ¶ Erat autem ibi quidam homo triginta et octo annos habēs in infirmitate sua: id est duo minus de q̄dragintā: q̄ nūerus cōstat de ꝛter decē: ⁊ significat pfectionē opez in decē ꝓceptis legis / ⁊ ꝛtuoꝛ cuāgelijs. A q̄ duos minus habet / q̄ charitate dei ⁊ ꝓximi caret. Et ita ꝑm Aug⁹. ille languidus significat quēlibet pctōꝛ. Specialiē tū significat inueteratū in pctis. Detalibus em ꝓfundis pctōribus sanat dñs aliqn ⁊ ad pnitētiaꝫ vocat. Un̄ Pś. Dixit dñs ex basan con-

k spōdit ei languidus: Dōmine hominē nō habeo vt cum turbata fuerit aq̄ / mittat me
m in piscinam. Dūm venio em
n ego / alius ante me descendit.
o Dicit ei iesus: Surge / tolle
p grabatum tuum et ambula.

uertā ⁊c. Un̄ sequit: d ¶ Hunc cum vidisset iesus iacētem: id est pigritātē / oculo misericoꝛdię ad sanādū. e ¶ Et cognouisset / quia iam multum tempus haberet. Dominus em respicit ad gratiā / licet sciat ꝙ homo sit inueteratus in culpa. Pś. Inueteraui inter oēs inimicos meos. g ¶ Dicit ei: Vis sanus fieri? Reꝛit dñs volūtatē homis: quia nō iustificat inuitum: non vult em deus coacta seruitia. Eccl̄s. xv. d. Ante hominē vita ⁊ moꝛs: bonum ⁊ malum: q̄d placuerit ei dabit illi. Et nota ꝙ deus ꝓmo reꝛit ab hoc vtrū velit sanari / vt sic hominē accēdat ad amoꝛē sanitatis. Et in hoc ostendit abūdantiā suę charitatis ⁊ benignitatis: Sicut dicit Dionysius. Benignissimus iesus ꝑmus ē in accessu ⁊ vltimus in recessu. In nobis ergo est si volumus recipe eius salutem quę ꝓpsto est / ⁊ quam offert deus. i. Pet̄. i. c. Sperate in eam quę vobis offertur gratiam. Ideo dicit Ezech. xviii. g. Quare moziemini domus israel: quasi ex quo ꝛsto est vita / ⁊ deus nō vult vos mori etiam inueteratos in peccatis / sed adhuc expectat ⁊ ad pnitētiam vocat. Esa. xxx. d. Propterea expectat dominus vt misereat vestri. Baruch. iij. b. Quid est israel ꝙ in terra inimicoꝝ eis. q. d. ꝛre ibi moꝛar? ex quo deus paratus est cripe / inueteraſti in terra aliena / coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cū descendētibus in infernum. Et licet dñs insket nos de salute rogādo: tū nos respōdemus ei nos excusando. Un̄ sequit: i ¶ Respondit ei languidus: Domine hominem non habeo. Ita respondet peccatoꝛ: docto / rem vel cōfessorem nō habeo. l ¶ Ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Aliqn em cōtingit ꝙ ad motum alicuius gratię / homo turbat in coꝛde: ⁊ si haberet hominē: id est rōnabilē ⁊ māluetum exhoꝛatoꝛē descēderet in piscinā pnitētię / ⁊ sanarek ab ifirmitate culpę. Unde patet ꝙ multi pereūt ꝙ defectu boni doctoꝛis. Zach̄. x. a. Ideirco abducti sunt / quasi greꝫ affligent: quia nō est pastoꝛ eis. Item Zach̄. xiij. d. Percute pastoꝛem ⁊ dispergent oues. Hiere. ij. c. Collidam in te pastoꝛem ⁊ gregem eius. Sequit: m ¶ Dum venio ego: id est dum ad gratiam me ꝓparo / licet exiter ⁊ pigre / nō habēs ductoꝛem. n ¶ Alius ante me descēdit: qui. s. habet instructoꝛem: id est ad pnitentiam se humiliat ꝑ alterius admonitionē. Uel pōt esse ꝙ dñs illoꝛū qui cōtrunk de ꝓfessoꝛibus q̄ alios recipiūt ⁊ se repellūt. Uel alit / significant hic q̄dā q̄ alios multis intrātibus religionē retardant ꝑ multitudinē: q̄ vellēt singulares videri i suo facto. Sequit: o ¶ Dicit ei iesus: Surge tolle grabatū tuū ⁊ ambula. Aliqn vbi homo deest vel vbi nō pōt / deus supplet. Un̄ ⁊ hic sanat illū. Sz notāda sunt tria q̄ dicit: ꝓ ¶ Surge / a pctis recedendo. q ¶ Tolle grabatum tuuꝫ / delectatione pctī in onus pnitētię apte ꝙuertēdo. r ¶ Et ambula / ad anteriora ꝑ rectā intentionē se ⁊ oīa opa sua dirigēdo. De ꝑmo dicit Eph̄. v. d. Surge q̄ dormis ⁊ exurge a mortuis: id est recede a pctis. Gen̄. iiij. a. Alia lra. Peccasti q̄esce. De secūdo. i. de onere dicit Eccl̄. xxxiij. d. Cibaria ⁊ virga ⁊ onus asino: panis ⁊ disciplina ⁊ opus seruo. De tertio dicit Phil̄. iij. c. Posteriora obliuiscens in anteriora me extēdo: id est ad celestia ꝑ rectā intentionē. Hęc tria simul habent Matth̄. ix. a. Surge tolle lectū tuuꝫ ⁊ vade in domū tuā. Et in Pś. Declina a malo / ecce ꝑmū: ⁊ fac bonū / ecce secūdū: ⁊ Pś. Pś. 33. Quis duob⁹ inqre pacē ⁊ psequere eā / pacē scz ex̄pitatis / ecce tertiū. Itē Matth̄. xvj. d. Qui vult venire post me abneget semetipm peccata abiciēdo: ⁊ tollat crucem suā / pnitētiā assumēdo: ⁊ sequat me / intentionē ad deum dirigendo. Uel aliter per illa tria. Surge / tolle ⁊c. notant tria: status / onus / ⁊ ꝓgressus. Debet enim surgere vt stet erectus

✳ in gratia q

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ege essi tria exigunt ad perfectā sanitatē ⁊ nō plura. Primū/ vt virtutē habeat. Secundū/vt sit virtus cōfirmata ⁊ pfecta. Tertiū/vt corpus debite moueat in organis. Et his trib⁹ respōdent tria sequēcia p executionē in opis. Et statim sanus factus est hō. Ecce primū. Et sustulit grabatum suum: ecce secundū. Et ambulabat: ecce tertium. Sed incidit dubium: quare christus nō ab ipso requirit fidem/ sicut cōsueuit a quibusdā aliis? Secūdo/ an iste sit paralyticus/ de quo agit Matth. ix. a. Tertio

Br. hystille

a Et statim sanus factus est
b hō: et sustulit grabatū suum
g ¶Amen amen: id est vere vere. Bis dicit/amen/ p̄opter confirmationē: ⁊ vt attentiores faciat. h ¶Dico vobis: quia omnis qui facit peccatū: ex amore/non ex languore nature: dicit Glo. i ¶Seruus est peccati. q.d. vos intelligit/ male quod dixi de seruitute carnali: quia loquor de alia: quia qui facit peccatū seruꝰ est peccati: id est diaboli/ vel ipsius peccati. Simile. ij. Pet. ij. d. A quo q̄is superatꝰ est/ huius ⁊ seruus effectus est. Et nota: quia facere sumitur generaliter p̄o omissione ⁊ cōmissione: ⁊ p̄o facere interiori ⁊ exteriori: sicut etiā accipit Ambrosius in illa diffinitione peccati: Peccatū est dictū vel factū vel concupitū cōtra legem dei. Sed hic sumitur generaliter facere ad dicere ⁊ concupiscere/ ⁊ p̄o p̄uationib⁹ horum: tū ex parte intellectus/ tum ex parte potētię operatiue vbi fuerūt p̄uationes debiti. i ¶Seruus est peccati. Anselmus dicit/q̄ homo habet vnde sit seruus peccati: sed peccatum non habet vnde dominat̄ homini. Et hoc satis explanat Dionysius in libro de diuinis nominibus: in tractatu de malo: vbi dicit q̄ malum sit: peccatū nihil aliud est nisi defectus naturalis harmonię modi ⁊ cōmensurationis. Unde ista seruitus non occupat nisi volentē: Non cesse est esse vt rationalis creatura: quia libertatem habet condītionis: quā quidem libertatē a coactione appellant/ submittat se libera voluntate seruituti peccati si seruire debet: sicut dicit anselmus in libro de libertate arbitrij. Qui autē peccatores sint serui peccati et diaboli/ patet multis rationibus. Et primo: quia seruorū est multū laborare. Ūñ Piere. xvj. c. Seruite dñs alienis die ac nocte qui non dabunt vobis requiem. Unde Exod. v. Aggrauata ē manꝰ pharaonis super iudeos intantum vt de nocte coquerent latercs: ⁊ de die colligerent paleas: quia de nocte vult seruiri libidini: ⁊ de die cupiditati. Piere. ix. b. Ut inique agerēt laborauerūr. Secundo: quia peccatores tanq̄ serui vilissimis cibis vescuntur. Unde luc. xv. c. de filio p̄digo dicitur/ q̄ cupiebat implere ventrem de siliquis porcorum. Thren. iiij. a. Qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Item Job. xxx. a. Radix iuniperorum cibus eorum. Radix iuniperi mollis est: sed producit fructicem spinosum: sic peccatum habet mollitiem in delectatione: sed p̄ofert spinas: id est amaritudinē mētis: ⁊ remorsionem p̄scientię: ⁊ mortē gehennę. Gregoriꝰ. Radices spinarū sholles: sed ex ipsa mollicie p̄oferūt vnde pungunt. Tertia ratio: quia nihil quod lucratur seruus suū est/ sed totum domini sui: sic peccator nihil facit sibi vtile ad vitam eternam: quia diabolus dominus suus semper apponit aliq̄d de suo: p̄opter quod totum sibi calumniatur. s. malā intentionem si facit opus bonū. Osee. viij. b. Culmus stans non est in eis germen non facit farinam: quod si fecerit/alieni comedēt eam. Culmus genus spicę est quę sine grano est: Sic tales: vsq̄ non intrabunt in horreū domini. Item bona naturalia ⁊ corporalia ⁊ tēporalia sua omnino dant diabolo ad cōsumendum. Osee. viij. c. Comederunt alieni robur eius. Quarta ratio: quia tanq̄ serui reputantur viles opprobrium hominū et abiectio plebis. Piere. ij. g. Q̄ vilis facta es nimis: iterās vias tuas. iij. Reg. j. c. Ego et filius tuus salomon erimus peccatores: id ē reputabimur viles. Quinta ratio: quia nō possūt contrahere: sed si q̄ndoq̄ faciunt pactum: vt in confessione/ statim diabolus retractat per malum opus. Sexta ratio: quia non possunt condere testamentum. Unde videmus de multis peccatoribus et maxime clericis: aut moriuntur intestati: aut committunt dispensationem rerū suarum alijs. Job. xxvij. d. Diues cum dormierit nihil secū defert: quia nihil dat p̄o anima. Ps. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū in manibus suis: quia nihil posuerūt in manib⁹ pauperū. Septima ratio est: quia vilissima opera faciunt ⁊ laboriosissima. Unde. Ps. Manus eius in cophino seruierunt. Vulti de manibus suis faciunt cophinos: colligētes stercora tēporalium. Sed etiā clerici ⁊ religiosi quorum os debet esse consecratū domino: de ipsis linguis suis faciunt cophinos/dum alijs detrahunt vel mala dicunt. Alij de auribus: alij de oculis ⁊c. Berū. Inter sęculares nugę sunt: in ore sacerdotū blasphemię: Interdū tamen si incidant ferendę fortassis/referendę nunq̄. Berū. Cōsecrasti os tuū euangelio/nugis iam aperire illicitum/ assuescere sacrilegū est: labia enī sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirent de ore eius: non nugas profecto vel fabulas. Verbum scurrile quod faceti vbani vę nomine colorant/ nō sufficit peregrinari ab ore/ procul et ab aure relegare tū. Fede ad chachinnos moueris: sedius moues: porro detrahere/ an detrahentē audire/quid horum damnabilius sit non facile dixerim. Tales ergo faciunt cophinos de linguis suis: ⁊ ita seruiūt in vili opere: quia sordes aliorū portāt in ore. Mota pharaonis id est diabolus facit seruire suos in trib⁹. Jn luto ⁊ latere: Exo. j. c. Et paleis: Exo. v. b. Per lutū intelligit vanitas in diuitijs. Jnquinat enī diuitię sicut lutū. Abacuk. ij. b. Ue ei qui multiplicat nō sua: Usq̄quo aggrauat cōtra se densum lutū? Jn opere lateris intelligit nimia cura carnis. Later enī quanto plus lauat/tanto magis sordescit. Matū. iij. c. Subigēs terne laterē. Per paleā intelligit vanitas superbię. Matth. iij. c. Paleas autē cōburet igni inextinguibili. Item in tribus oppressi sunt generib⁹ operū: p̄m Josephū. Jn labore ędificandi q̄ est superborū q̄ ędificāt in memoriale sui: vt Genē. xj. a. Venite ędificem⁹ nobis ciuitatē ⁊ turrē cuiꝰ culmen pertingat ad cęlū: ⁊ celebrem⁹ nomē nostrū. Item Esa. xxij. c. Quid tu hic/aut quasi quis hic: quia excidisti tibi sepulchrum: excidisti in excelso memoriale/diligēter i petra tibi tabernaculū. Item in exportatione

b

Petōres sūt serui peccati

Ro. 6. d
1. Pet. 2. d.

Ps. 75.

Ps. 80.





A F luti ⁊ sordiū: vt cupidi. Tot enī cophinos luti vel sordiū habes: quot ħbendas. Unde ⁊ clerici diuites sunt vasa stercoraria. Osee. viij. b. Deuoratus est israel: nunc factus est in nationibus quasi vas immundū. Esa. lij. d. Būdamini q̄ fertis vas dñi. Item in diuisione fluuij. Fluuius est cōcupiscētia carnis quā diuidunt luxuriosi p quinq̄ sensus: vel per diuersa genera voluptatū. Ergo isti duo p̄ma pudorē perdiderunt: vt sine rubore etiā cophini stercorū: id est beneficia cōgregent. Bene ergo dictum est: Omnis qui facit peccatū seruus ē peccati. i. diaboli vel ipsius peccati. Sequit de littera: a ¶Seruus aūt nō manet in domo in eternū. Genē. xxj. b. et Gal. iiij. d. Ejce ancillā ⁊ filiū eius. Et nota q̄ hic vult ostendere/q̄ illi non sunt de domo dei: sicut se iactabant: id est de cōsortio ꝑphetarū ⁊ patriarcharū ⁊ cognatione sanctorū patrū: quę fuerūt domus dei: vt dicit Esa. v. b. Ité p hoc significat q̄ ipsi qui erant serui peccati: per hanc seruitutē amittebāt ius ecclestis hęreditatis q̄ est domꝰ dei. De qua. j. xiij. a. Jn domo patris mei mā siones multę sunt. Item p hoc significat/vt dicit Chrysostomꝰ q̄ iudei q̄ in seruitute ħcepta dei fecerant repellerent a domo dei ⁊ gentes eis succederēt. Unde dicit Chrys. Per hoc palatim legē submittit. i. euacuat: ne em̄ dicāt habemus immolationes quas iniunxi moyses: illę nos possunt eripere a seruitute peccati: Ideo hic dicit: Seruus nō manet in domo in ęternū. i. nō potest in ea manere. q.d. omnes homies peccauerūt ⁊ ita serui sunt: ⁊ ideo egent gloria dei. i. libertate per filiū: Roma. iij. d. Etiā ipse sacerdos p se offerre debet/eo q̄ circūdatus est ⁊ ipse infirmitate. Heb. v. a. Ergo non potest alios liberos facere cuj sit seruus. Mota ergo hic summatim expositiones plures. Seruus nō manet in domo ī ęternū. i. vos qui estis serui peccati/ non estis de familia dei: vt abrāā ⁊ ceteri boni. Vel/Non manet in domo: id ē vos nō habebitis partē in regno dei. Vel/Seruus nō manet in domo in eternum: id est seruitus legis euacuabit/ ⁊ filiatio p filiuꝫ inducet: q: lex vetus non fuit imposita nisi vsq̄ ad tempus correctionis: sicut dicit Heb. ix. c. Vel p̄m Chrysostomum: Seruus nō manet in domo in eternū. i. seruus qualis fuit moyses vel abrāā nō habet potestatem largiendi libertatē. Hoc em̄ est/nō manet: id est nō potest largiri/ sicut dñs domus: siue lex data a seruo nō liberos facit. Unde in hoc ostendit honorem filij respectu moysi/ ⁊ euāgelij respectu legis. Unde ⁊ ad Heb. iij. a. dicit: Moyses quidem fidelis in tota domo eius: tanq̄ famulus in testimoniū eorū quę dicenda erant: christus vero tanq̄ filius in domo sua. Et loquit ibi apostolus de differentia moysi ⁊ christi: quę ad modū ⁊ hic ipse christus. Unde sequit hic: b ¶Filius autē: id ē ego qui sum veritas antiquę vmbrę: c ¶Manet/in domo in ęternū: Notat immobilitatem nouī testamenti. Vel sic: b ¶Filius manet/in domo/in ęternū: id est filius verus dñs est domus: ⁊ ita potest libertatem dare. Unde sequitur: d ¶Si ergo filius vos liberauerit: hic a seruitute peccati: ⁊ a corruptione in futuro. e ¶Vere liberi eritis: quod non poteratis habere p̄ seruū. Stabile em̄ est donū filij qui ē verus hęres. Et licet seruus dederit hostias placationis: non tamē perfecte recōciliationis: sed hoc dat per me qui sum filius. Chrysostomus. Per hoc ostendit consubstantialitatē sui ad patrē ⁊ q̄ eandē habeat potestatē. Si em̄ filius liberauerit/nullus est qui cōtradicat: sed certissima est libertas. Deus em̄ qui iustificat: quis est qui condemnet? Roma. viij. f. Item in hoc ostendit se purum ⁊ liberū a peccatis/ qui se liberaturū alios p̄mittit. Ité per hoc q̄ dicit: Vere liberi eritis: insinuat libertatē de qua gloriabant/ nō esse veram sed nūcupatiuam em̄. Nunc em̄ hoies dant: illā deus: ⁊ ꝑter hoc nō amplectendā. Et per hoc etiā psuadet nō confundi in seruitute hac terrena. Unde. j. Corinth. vij. d. Seruus vocatꝰ es/ nō sit tibi curę. f ¶Scio/quia filij abrae estis: p̄m carnē: et ita liberi esse creditis. Sed nō estis filij per imitationem: ⁊ iō nō estis liberi p̄m mentē: Quia/querit/ me interficere ⁊c. Chrysostomus. Quia poterant dicere. Nos peccatū nō habemus: ⁊ ita serui nō sumus/etiā seruitute de qua dicis: Jdeo

a peccati. Seruus aūt nō manet in domo in ęternū. Filiꝰ
b aūt mānet in ęternū. Si er-
c go filius vos liberauerit: ve-
d rē liberi eritis. Scio q̄ filij
e abrae estis: sed queritis me
f interficere: q̄ sermo meꝰ nō
g capit in vobis. Ego q̄ vidi
h apud patrē loquor: ⁊ vos q̄
i vidistis apud patrē vestrū
k facitis. Respōderūt ⁊ dixe-
l runt ei: Pater noster abrā
m est. Dicit eis ihesus: Si filij
n abrae estis/opa abrae facite.

respondet dñs/ostendens eos esse peccatores. Et alia peccata cotū dimittens: hoc q̄ꝫ manibus erat q̄ adhuc agere volebāt adducit in mediū ⁊ ait: Scio/quia filij abrae estis: sed queritis me interficere. q.d. si cognatiōe gloriamini ⁊ vitā ostendere oportere. Quiescibiliter ⁊ paulatim ꝑcipit illos a cognatione illa: ⁊ nō dicit statim: nō estis filij abrae iusti/vos homicidę: sz cōcorditer interim loquit: Scio/quia filij/ vel/semen abrae estis. Sed hoc est q̄ querit: vnde addit redargutionez quā itēdit: g ¶Sz queritis me interficere: ⁊ ita degenerare vos ꝑbatis. Sed ne posset dici/quoniā iuste hoc querebant: ideo subdit causam: h ¶Quia sermo meus nō capit in vobis. Chrys. Qualiter igit ait. s. codē/ q̄ credebāt in eum? Solutio. Transpositi erant rursus: ideo ⁊ valde eos tangit. Nō dixit: nō capitis sermonē meū: sed/nō capit meus sermo in vobis. Per hoc humanitatē docetrię sui ostendens q.d. vos queritis me occidere: q̄ alta dico de me/cum potius honorare me ⁊ colere oporteret/vt vos illa alta posset/ discere. Sz quia possent discere: Tu a remotipso loqueris: ideo nō capit in nobis sermo tuus: Ideo subdit: k ¶Ego q̄ vidi apud patrē meū/loquor: nō a memetipso fingo. l ¶Et vos quę vidistis apud patrē vestrū facitis. q.d. ficut ego ⁊ a verbis ⁊ a veritate ostendo patrē: ita ⁊ vos a rebus. Nō em̄ eandē substantiā habeo solū: sed eandē veritatem habeo patri. Aug. m ¶Sermo meus nō capit in vobis: quia non capit a corde vestro. Sermo em̄ dei est vt hamus/q̄ capit dum capit. Unde Job. xl. d. Munquid poteris extrahere leuiathan hamo? Item sermo domini rete est: vnde deberet omnes capere. Et ideo mirū est q̄ illi nō capiebant: sed nimis inhęrebant luto. Piere. xvj. c. Ecce ego mittā piscatores multos ⁊ piscabunt eos. Thren. j. c. Expandit rete pedibus meis: conuertit me retrorsum: id est ad ea quę posuerā retrorsum. Matth. xiij. f. Simile est regnū cęlorum sagenę missę in mare ⁊c. Item Luc. v. a. Duc in altū ⁊ laxate retia in capturam. j. xxj. b. Mittite ī dexterā nauigii rete ⁊c. Vel/ i ¶Nō capit in vobis: id est nō cōuenit vel congruit vobis. Et sic sumit Luc. xiij. g. Nō capit ꝑphetā perire extra hierlm. Glo. sa: id est nō cōuenit. Vel/Non capit: p̄m cōmunē modū loquendi: quo dicit: Res ista non potest capi in arca ista. Eccl. xxj. c. Cor fatui quasi vas cōfractū: oēm sapiētiā nō cōtinebit. Et tū bene deberet capere: q̄/ Ego q̄ vidi apud patrē meū/loquor: id est veritatē quę egoipse tū manifesto. Vel/ sic: k ¶Ego q̄ vidi ⁊c. q.d. ita dicit/ q̄ vos estis filij abrae: sed signū filiationis nō habetis: sz loquī ea q̄ filius discit a patre. Ego q̄ vidi/per eternā generationē recipiendo naturam sibi ꝑfecte in sapientia sufficientem: l ¶Apud patrem meū. Prepositio notat equalitatē ⁊ distinctionē filij a patre. m ¶Loquor/in mundo. n ¶Et vos q̄ vidistis apud patrē vestrū/diabolū: cuius filij estis imitatione: ⁊ q̄ eius suggestione in mentē concepistis ⁊ reuoluistis: o ¶Facit/: id est opere implere dispositis. Jn hoc iam innuit alij patrē q̄ abrāā: cuius filij sunt nō natura sed imitatione. Unde ꝓpter hoc magis adherent vt se dicant filios abrae. Et hoc est. p ¶Respōderunt ⁊ dixerūt ei. Augustinus. Quia arguit eos facere mala opera patris: fatentes patrē suū abrāā/ ꝓuocant aliquid n. ali dicere ꝓtra abrāā: vt sit eis occasio facēdi quod volebant. Unde dicunt: q ¶Pater noster abraam est: quasi quid cōtra istū dicis? Sed dominus ⁊ abraam laudat ⁊ istos degeneres/ ꝑbat/ostēdens de qua filiatione intelligat. Unde sequit: r ¶Dicit eis ihesus: Si filij abrae estis: vt vos iactatis: t ¶Opera abrae facite: id est facetis ꝑbate vos esse filios veros: nō ꝓbis: Vel si filij estis et p̄m carnem/sitis per imitationem. Credidit em̄ abraam deo.

¶ Genē. xv. b.

s ¶Si filij abrae estis ⁊c. Moraliter/notandum q̄ dominus ostendit [illegible] ius per opera eorum q̄ nō erant filij abrae neq̄ filij [illegible] filiatio ꝑbat̄ per operationē. Unde dicit: Si filij abrae estis/opera abrae facite. Primū opꝰ abrae et filiorum promissionis/est egressus de terra ⁊ cognatione ⁊ domo. Genē. xij. a. Egressus est abram sicut ꝓceperat

Moraliter

Universidad de Deusto
Biblioteca



E S Gen̄.xv.b.Roma.iiij.a. a ¶Nunc autē queritis me interficere. Quasi cōtraria opera ei facitis: in quo probamini non esse filij abrae. Et dicit/queritis: in quo notatur studium
Ps.13.et.52 cozum. Ps. Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sunt in studijs suis. Hic etiam tangit corda cozum/ vt ex hoc experimentum habeāt: quia ipe
est verus deus qui solus corda intuetur.
a ¶Nunc aūt q̄rit̄ me inficere
b hoiem q̄ veritatē vob locut⁹
sum qđ audiui a deo. Hoc abrahā nō fecit. Vos facitis
Ps.108. Ps.37. b ¶Hominem: cui compari deberetis. Et ne dicāt: quia prozpter hoc quia violat legem ⁊ sabbatum/ querūt occidere/ subdit: c ¶Qui veritatem vobis locutus sum: ideo debuistis grati esse ⁊ pro veritate ⁊ utilitate: quia/ vobis: id est ad utilitatē vestrā loquor: in quo notatur malicia ⁊ ingratitudo. Ps. Pro eo vt me diligerēt ⁊c. Ps. Retribuebant mihi mala pro bonis. Hiere.xvij.d. Munquid redditur pro bono malum ⁊c. Pater eriā hic q̄ expresse veritatē impugnabāt: et peccabant peccato in spiritūsanctū: ꝓm illam speciem que est impugnatio veritatis agnite. Sed ne dicant q̄ a se fingit que dicit: dicit q̄ nō sua ꝫ pris auctozitate: Et hoc ē: d ¶Quā audiui a deo: id est quā nascendo accepi a patre. Chrysostomus. Quā veritatē: Quoniā par est patri: propter hoc eam volebant interficere. Vel/ Veritatem: quia eos arguebat.
Amos.v.c. Odio habuerunt corripientē i porta ⁊c. Prouer. xv.b. Non amat pestilēs ⁊c. Tullius de amicitia. Obsequiū amicos/ veritas odium parit. e ¶Hoc: id est consimile:
f ¶Abrahā nō fecit: cuius filius vos dicitis. Essi essi alicuius interfecit/ non tamen innocentē et iustum. Sed est vobis alius pater: cui⁹ opera facitis. Unde sequitur: g ¶Vos facitis opera patris vestri. Non dicit cuius patris: sed significat q̄ diaboli et non abrae. Chryſ. Que sunt opera abrae: Mansuetudo/ humilitas/ obedientia/ fides. Vos autē econtrario estis immisericozdes/ crudeles/ infideles. Horaliter nota q̄ isti gerunt personam quorundā gloriantiū de genere suo: cum tamen habeant mores et opera demonum/ non suozum parentū. De quibus dicitur Ose.ix.c. Gloria eozum ab vtero/ quia a tali matre: et a conceptu/ quia a tali patre: ⁊ a partu/ quia in natiuitate mea fuit ille episcopus: ⁊ consimilia. Vel a partu: id est a consanguinitate. Sed contra tales dicit Origen. Talis nobilitas que i locis turpibus generat. Job. xvij.d. Putredini dixi ⁊c. Et propter hoc dicit dominꝰ p Malachiā. ij.b. Munquid non pater vnus omniū nostrū? Munquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq̄ vestrū fratrem suū violans pactū ⁊c. Et Seneca. Nobilitas nihil aliud est q̄ diuitie inueterate. Deut.xxiij.a. Qui dixerit patri suo ⁊ matri sue nescio vos: ⁊ fratribus suis ⁊c. Dis etiam dicit dns: Si filij abrae estis: opera abrae facite. q.d. si ingenui estis carne: ingenui sitis mēte. Hoc etiā debet dici nobilibus/ q̄ habeant memoriā bonozū antecessozū suozum. Esa.lj.a. Attendite ad abraam patrē vestrum ⁊ ad saram matrem vestrā: quia vnum vocaui eum: et benedixi ei et multiplicaui eum. Hieronymus. Nihil aliud video in nobilitate appetendū: nisi q̄ quadā necessitate astringat/ ne a maiorum probitate degeneret. Eccli.xlj.c. Erubescite a patre et a matre de fornicatione/ id est propter bonozem patris ⁊ matris. Vel ne degeneretis. Unde Exo.xxviij.b. Portabitq̄ aaron nomina eozum. i. duodecim patriarcharū super humerum ob recozdationē: videlicet vt nō degenerent a sactis eozū bonis:
(S Hec est tota utilitas
Aozaliter ✳ ei domin⁹. Hoc autē est/ dimittere peccatū. Unde Hiere.lj. a. Recedite de medio babylonis. Et Esa.lij.c. Recedite/ recedite: exite inde/ pollutū nolite tangere. Sed michee.j.c. Non est egressa que habitat in exitu. q.d. licet in statu vite sue sit: id est in senectute/ tamen non recedit a peccatis. Unde supra eodem.c. In peccato vestro moziemini. Secundum opus est quod nomen dei inuocat et altare edificat. Gen̄.xij.c. quia debet ozare ⁊ interpellare misericozdiam dei: vt eum coadiuuet ad egrediendum: et gratias agere de bono proposito dato. Unde Gen̄.viij.d. Hoc postq̄ euasit diluuiū/ hostias immolauit domino. Tertium est: quia sarai dissimulat esse vxorem suā/ et habet pro sozore: Gen̄.xij.c. Sarai ē affectio: que omnia vult trahere ad se. Sed banc debemus habere pro sozore: et non eam cognoscere vt sequamur affectionis volūtatem: nec secundemus eam operibus carnis. Eccli.xxiij.d. Si pzpztes anime tue cōcupiscentias eius/ faciet te in gaudiū inimicis tuis. Quartū est q̄ loth declinat: Gen̄.xiij.c. id est consozcia malozū vitat: quia Qui tetigerit picem inquinabit ab ea:
qui cōmunicauerit superbo induet superbiā: Eccl̄j.xiij.a. Et Ps. Habitauerūt inter gentes ⁊ didicerunt opera eozum. j. Corinth. xv.c. Corrumpunt bonos mozes colloquia mala. Quia ex conuictu trahunt mozes. Ps. Cum sancto sanctus eris ⁊c. Quintū opus est/ q̄ de regibus quattuoz triumphat: Gen̄.xiiij.c. id est de monibus: vel temptationib⁹ q̄ttuoz: quas habes super Ps. A sagitta volante in die ⁊c. Diabolus essi iustos impugnat. Eccl̄i.ij.a. Fili accedens/ peccatū relinquendo: ad seruitutē dei/ orādo: sta in iusticia/ carnis concupiscentias refrenādo: ⁊ in timoze/ cautele cauens. ſ. a malozū cosortio: et prepara aiam tuā ad tēptationē: hoc est quintū. Ezech.iij.c. Assumpsit me spiritus: ⁊ audiui post me vocem cōmotionis magne. Sextū opus est/ q̄ decimas dedit melchisedech post victoriā: vt dicit Gen̄.xiiij.d. et Deu.vij.a. Sic nos debem⁹ attribuere deo victoriā tēptationū. Unde filij israel post victoriā egyptiozū cecinerūt: Cātem⁹ dño ⁊c. Exo.xv.a. Ps. Nō nobis domine ⁊c. Deut.xxij.d. Sed propter iram inimicoz distuli/ ne forte superbirent hostes eozum/ ⁊ dicerēt: Manus nostra excelsa ⁊ non dns fecit hec oia. Septimo/ offert aues ⁊ animalia: Gen̄.xv.b. quia debet habere promptā voluntatē seruiendi deo/ ⁊ corpore ⁊ anima post victoriā. Corpore. Unde Ro.xij.a. Obsecro vos fratres p misericozdiā dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiā deo. Et alia. Un Ps. Via mea in manibus meis semper: id est parata vt offeram eam. Sap.iij. a. Iustozum anime in manu dei sunt: sicut oblatio in manu sacerdotis. ē.iij.d. Spiritus est deus ⁊c. Octauo/ spem prolis concipit ⁊ hismaelem generat: Gen̄.xvj.d. Per quā significatur timoz qui concipit per hec predicta. Et bene p hismaelem significatur timoz: quia de eo dicitur Gen̄.xvi.c. Manus eius contra omnes: ⁊ manus omniū contra eū: quia filiⁿ dei p adoptionē timere debet omnia/ tam bona q̄ mala opera: ꝓm illud Job.ix.d. Uerebar omnia opera mea. Ideo dicitur Eccl̄i.j.b. Initium sapientie timoz dñi: ⁊ cum fidelibus in vulua cōcreatus est: ⁊ cum electis seminis gradit ⁊c. Nono/ circūcidit se cum tota familia sua. Gen̄.xvij.d. quod fit per circūspectionē: quia qui timet deū nihil negligit. Eccl̄s. vij.c. Ite Eccl̄i.xv.a. Qui timet deū faciet bona. Hiere.iiij.a. Circūcidite dño preputia cozdiū vestrozū viri iuda. Decimo/ cū dño epulat q̄n inuitat āgelos ad cōuiuiū: Gen̄.xviij.a. q̄ē q̄n incipit delectari in dño post hec predicta. Prouer.xv.b. Secura mens quasi iuge cōuiuiū. In hoc puiuio mutat aqua in vinū. ē.ij.b. Hoc conuiuiū parat assuerus: Hester.j.a. Ite Luc.xv.g. Epulari oportebat ⁊ gaudere ⁊c. Undecimo/ duo ei secreta reuelant/ videlicet subuersio sodomozū: ⁊ q̄ haberet filiū isaac. Per qđ intelligit q̄ dns sctis aptius declarat ⁊ penas malozū ⁊ gaudia sua ⁊ suozū. Et propter hec duo dicit Esa. xxiij.c. Secretū meū mihi: secretū meū mihi ⁊c. Et. j.xv.b. Ja nō dicā vos seruos sed amicos: q̄ oia q̄ audiui ⁊c. scz ꝓmia bonozū ⁊ tozmēta malozū. Duodecimo/ sarā vxorē suā adhuc fingit sozoꝛ: quia timet abimelech ⁊ i occulto iocat cū ea. Gen̄.xx.a. q̄ nō debemus tm̄ abstinere ab operib⁹ cōcupiscētie: ſ. etiā a bonis cozā hoib⁹/ ne amittam⁹ ea p inanē gloriā: ſ. in occulto debem⁹ ea facere: ⁊ tūc nascit ei isaac. i. risus. i. spes eternozū ⁊ desideriū ⁊ dilectio: ⁊ bismael. i. timoz ejicit: q̄ charitas foras mittit timoꝛē. j. Joh.iij.d. Gal.iij.d. Ejice ancillā ⁊c. ē. eoq̄: Seruⁿ nō manet i domo i eternū. Precipit aūt isaac. i. risus spūalis ꝛmolari. i. rejmi ne luxuriet per ꝓsumptionē: Gen̄.xxij.a. Un Eccs. vij.a. Melⁿ ē ire ad domū luctⁿ q̄ ad domū ꝓuiuij ⁊c. Un nō immolat isaac sed aries: q̄ qđ spuale est in gaudio remanet: ſ. carnalitas q̄ aliqñ admisceꝛ ⁊ leuitas vel ineptitudo ꝓsuptionis macrat. Et ita implet qđ ꝛ. Prouer.xliij.b. Coꝛ qđ nouit amaritudinē aie sue in gaudio eiⁿ nō miscebit alienⁿ vel extraneⁿ. Et tunc moꝛitur sara. i. cōcupiscentia ex toto extinguitur: ꝓm illud Gal.ij.d. Uiuo ego iā non ego. Et deinde cōiungit isaac cū rebecca. i. gaudiū cū patientia: vt sit voluntaria sustinētia: ⁊ expectat in spe vita eterna: ꝓm illud Jaco. vlt. b. Ecce agricola expectat ꝑciosum fructū terre/ patiēter ferēs donec accipiat tēpaneū. i. dotē aīe: ⁊ serotinū. i. dotē corporis: qđ sero dat. i. in fine. Ad vltimū iungit abrae cetbura: q̄ interꝑtat copulata: ⁊ significat cōtēplationē: q̄ tanto vinculo vtro cōtēplatiuo ꝓiungit/ vt nunq̄ recedat ab eo: sicut nec ista ab abraā. Un Luc.x.g. Maria optimā partē elegit q̄ nō auferetur ab ea. Et tūc moꝛitur abraam carni/ aio: ꝓm illud Col.iij.a Moꝛtui estis ⁊ vita vestra abscōdita ē cū christo in deo.



A S Hec est tota utilitas verecundie. Seqt̄ de fra. a ¶Dixerūt itaq̄ ei: nā intelligētes nō de origine carnis: sed de vita hominū loqui. b ¶Nos ex fornicatiōe nō sumus nati. q.d. tu dicis q̄ nō sumus imitatozes abrae. Sed hoc falsū est: quia nō sumus ex idolatris nati: sed vnum deū colimus sicut abraam. Uel sic ꝓm Interliñ. Et si nō sumus omnino similes abrae: tamen idolatre non sumus: et semper vnum deum colimus. Et hoc est:
a opa ꝑris vri. Dixerūt itaq̄
b ei: Nos ex fornicatiōe nō sumus nati. Unum patrē habemus deū. Dixit ergo eis
c iesus. Si deus pater vester esset/ diligerētis vtiq̄ me.
d Ego enī ex deo processi et
e veni. Neq̄ enī a meipso veni: sed ille me misit. Quare
f loquelam meam non cognoscetis? Quia non potestis
g audire sermonez meū. Uos
h ex patre diabolo estis et de
i sideria patris vestri vultis
k facere. Ille homicida erat
l ab initio: et in vēritate non
m stetit: quia veritas non est
n in eo: Cum loquitur mendacium/ ex ꝓprijs loquitur:
o quia mendax est et pater eius.
a ¶Unum patrē habemus deū: nō plures deos. Et nota: quia vsu scripturarum sciebant fornicationem spiritualiter dici/ cum anima falsis dijs subijcit: Sicut habet Sap̄. xiiij. b. Initiū fornicationis est exquisitio idolozū. Et Hiere.iij.c. Mechata est cum ligno ⁊ lapide. Et q̄ dominus nihil diceret contra abraam: modo dicunt se patrem habere deum: vt per hoc aliquā occasionē contra ipsum inueniant. Glo. Sicut ꝓtendit de abraam: ita nunc ostendit deum nō esse eis patrem: quia non cognoscūt filiū quē misit nec diligunt. Un subdit: b ¶Dixit ergo eis iesus: Si deus pater vester esset. id est si eum tanq̄ patrē honozaretis ⁊ amaretis: c ¶Diligeretis vtiq̄ me/ cum sim omnino idem deus cum illo. Uel sic arguit: Si deus pater vester esset/ diligeretis eum: ⁊ ita cū idem omnino sim cum eo/ diligeretis me: Sed nō diligitis eum: quia non diligitis me/ qui sum idem illi. Ergo non colitis eum. Et subdit duas causas quare deberent eū diligere. Quia eiusdē substantie est cum patre: f ¶Ego enī ex deo processi/ p generationē eternā/ habēs eandem essentiā ab eo. Item p missionem temporalem in carnem: Unde subdit: g ¶Et veni in mūdū/ in carnē. q.d. si diligeretis dominū/ diligeretis ⁊ nūcium: ꝓm quod solet dici vulgariter: Qui me diligit: ⁊ canem meū diligit. b ¶Neq̄ enī a meipso veni/ tm̄: id ē nō sū sine genitoꝛe/ ſm qđ deus: nec inquantū homo sine mittente: sed ille me misit. Sed quia possent dicere: hoc nescimus: nō ostendit q̄ per verba eius deberēt cognoscere: sed nolūt. Unde dicit: i ¶Quare loquelā meā nō cognoscitis: id ē non intelligitis ea que dico: Et subdit causam: k ¶Quia non potestis. Chrysostomus: id est nō vultis/ l ¶Audire. i. cum ꝑcutatione intelligere sermonē meū. q.d. inuidia vestra ⁊ voluntas maligna ⁊ terrena est causa quare non cognoscitis eccłestia verba. Esa.vj.c. Audite audientes ⁊ nolite intelligere. Et subdit: Incrassatum est coꝛ populi huiⁿ/ per carnalem intelligentiā. Item simile Eccl̄.vij.g. vbi dicit q̄ cōtinuerunt aures suas ⁊ impetū fecerūt vnanimiter in eum. Et supra: Audientes autē hec dissecabāt coꝛdibus suis: ⁊ stridebant dentibus in eum. ſ. stephanū. Uel/ Non potestis: tales quales nunc estis/ audire: id est credere. Uel aliter: vt sit sensus: q̄ non intelligebant ea que dicebant: quia nec audire ea poterant: sed cum grauitate ea audebāt. Grauis enim erat eis ⁊ ad videndum ⁊ ad audiendum. Sap̄.ij.c. Et non possūt libenter homines discere niſi libenter audiant ⁊ diligant magistrum. Et nota q̄ sermo domini requirit vt audiatur intelligendo ⁊ obediendo. De primo Eccl̄. v.c. Esto mansuetus ad audiendum verbū dei vt intelligas. De secundo. j.x.c. Ques meq̄ vocem meā audiunt. Quia vero sine cōtradictione probauit q̄ non sunt filij abrae: nec etiam dei: ⁊ quia iam inuenerat alium eos patrem habere ꝙ abraam vel deum: ideo consequenter acrius eos arguens tanq̄ obstinatos/ aperte determinat de quo patre intelligat/ dicens: m ¶Uos ex patre diabolo estis. q.d. ideo me non auditis: quia ex diabolo estis filij eius/ non nascendo: vt manichei dicunt: sed imitādo. Unde ⁊ alibi iudeis dicit: Pater tuus amoꝛreus ⁊c. Ezech. xvj. a. Chrysostomus. Uos ex patre diabolo estis/ non dei/ non abrae vt vos iactatis: sed diaboli filij estis. Et hoc probat argumentādo. n ¶Et: id est quia: o ¶Desideria patris vestri vultis facere: me. ſ. occidere. Hoc essi: id est occisiones meditari diabolice malicie est. Jtez mentiri diaboli/ cum est. Item odire eum qui nō lesit/ diabolicum est: que omnia facitis: sicut postea ostenditur. Et nota q̄ non dicit operā eius: sed/ desideria eiⁿ vultis facere/ offendens quoniā ⁊ ille et hi vehementer ab occisionibus possidentur: ⁊ vehementer nocere volunt. Et quoniā inuidia erat causa: neq̄ essi habens aliquo incusare adam intersecit/ sed inuidens solū: ita ⁊ isti christum. Unde ⁊ ostendit quę sunt desideria diaboli et eozum scilicet homicidium/ mendacium et odium veritatis. Et vt ostendat q̄ ille
1. Joh.3.b lum imitantur/ aperit qualis est diabolus/ dicēs: p ¶Ille homicida/ spiritualis: q ¶Erat ab initio/ hominis sc̄z sine ex q̄ fuit qui posset occidi. j. Joh. iij.b. Ab initio diabolus peccat. Augustinus. Nota homicidam/ nō solum qui ferro sed et qui verbo occidit: vt diabolus primos parētes. Unde Ps. Lingua Ps.56. eozum gladius acutus. Uel/ Ab initio: id est in septenario dierum: quod dicitur quasi ꝑfectum mundi ⁊ temporis. Uel/ Ab initio. Lab initiali plaga mūdi ⁊ ozcerali. Simile Gen̄. ij.b. Plantauerat dominus deus paradisum voluptatis a ꝑncipio. Uel/ Ab initio/ creationis sue dicetur est homicida suūpsius: quia dicitur homo: Matth̄.xiij.d. Inimicus homo hoc fecit. Dicit enim homo ab homine deuicto: sicut paulus sic dictus est a paulo sergio. r ¶Et in veritate non stetit. q.d. sicut homicida ita ⁊ mendax est: quia hominem quez occidit mendacio seduxit/ dicens: Eritis sicut dii ⁊c. Gen̄.iij. a. Et ostendit radicem mendacij: s ¶Quia veritas non est in eo. q.d. in veritate non stetit: sed in falsitate quā homini suasit: quia falsus erat in se. Ex falsitate enim cōcepta in se falsitatem ꝓtulit/ loquens homini per serpentem. Unde seqt̄: t ¶Cum loquitur mendacium/ suadendo: sicut nūc homini: u ¶Ex ꝓprijs loquitur: quia nō aliunde habet: sed a se concepit. Uel sic lege: o ¶In veritate nō stetit: id est in innocentia/ vel in rectitudine nature non permansit: vel in deo qui est veritas. Et hoc: v ¶Quia veritas non est in eo: id est quia ipse deus qui est veritas/ nō fuit in eo: id est quia cum repulit ⁊ ab eo discessit. q.d. ideo rectitudinē natureꝫ amisit: quia a deo qui est veritas recessit/ perdidit suā veritatem: quia a summa veritate recessit: et quia a sua veritate ceciderat: homini in rectitudine nature existenti inuidit ⁊ occidit. Unde hoc ordo verborū ostenditur p ¶Ille homicida erat ab initio: ⁊ ideo homicida. r ¶Et: id ē q̄/ s ¶In veritate/ in qua fuit conditus. t ¶Nō stetit: quia nec diu fuit in ꝯlo. Et quare non stetit? v ¶Quia veritas nō ē in eo. Augustinus. Precedendo a veritate/ nō habet veritatem. Uel sic: s ¶In veritate nō stetit: id est a via recta/ vel a deo cecidit: vt sit liprore. Et q̄ hoc verum sit/ paret quotidie: v ¶Quia veritas non est in eo. Semp enī decipit quantuz potest. Et bene dico q̄ non est veritas in eo: sed/ x ¶Cum loquitur mendacium ex ꝓprijs loquitur: quia nō aliunde habet: sed a se postq̄ cecidit a veritate. Unde subdit: y ¶Quia mendax est: Et non solū mendax: sed/ a ¶Et pater eius: id est mendacij: Augustinus. Mendacij quod loquit pater est: quia ipse genuit mēdacium suum: et hoc est de ꝓprijs loqui. Et pater eius. Chrysostomus. Ille enim parturiuit mendaciū primus. Gen̄.iij.a. Quocunq̄ die comederitis ex eo: aperient̄ oculi vestri ⁊ eritis sicut dii.
(S Et ipse primo
Uel sic: p ¶Ille homicida/ hoc ꝯtū ad alios: ꝯtū ad se Aliter
autē/ s ¶In veritate non stetit: quā peccerat/ ꝓm illos qui dicunt q̄ creatus erat in gratuitis. Uel perceꝑturus erat ꝓm horū cōtrarios. t ¶Non stetit: id est nō perseuerauit. Ille autē putet q̄ ideo nō stetit: quia deus sibi non dedit/ subdit causam ex parte ipsius diaboli. v ¶Quia veritas in eo non est. i. in eo fuit causa defectⁿ a veritate: nō in deo. Et sumit hic ꝓprias large ꝓ rectitudine vite sola mēte ꝑceptibili. Et q̄ defectⁿ veritat̄ fuit ex ꝑte sua: ideo suū ꝓprium fuit mēdacium. Et ideo ¶Cum loquit mēdaciū/ defraudādo hominē. y ¶Ex ꝓprijs/ diminutionib⁹. ſ. loquit: z ¶Quia mendax est. Notū notaꝝ: q̄ rectitudinē veritatis quā semel abiecit actu/ semp abijcit volūtate. a ¶Et pat eiⁿ. ſ. mēdacij:
Y 3 ¶ quia ipse

Universidad de Deusto



E ℣ Et ipse primo vsus est mendacio vt proprio: Nam homines vtuntur quidem non vt proprio/sed vt alieno. Augustinus. Diabolus mendax est ⁊ pater mendacij: Nam tu forte mendax es: quia mendaciū loqueris: sed non es pater eius. Si em̄ qđ dicis a diabolo accepisti ⁊ diabolo credidisti/mendax es: sed pater mēdacij nō es: Ille ꝺo quia non 2.q.7.c.ttestes De hęreti. c. ex iniūcto. aliunde accepit mendacium: quo mendacio tanq̄ veneno serpēs hominē occideret/pſ est mēdacij: sicut deꝰ pſ veritat̄.

Aliter ℣ quia ipse primo admonuit illud. Seqūtur: a ℂEgo autē ⁊c. Per contrarium ꝓbat dictū sup̄: quia qui amant mendaciū ꝑm q̄ hmōi/ odiunt veritatē: ⁊ ideo dicit: Ego autē si/id est quoniā/veritatem dico: ⁊ nō habetis aliam causam nō acquiescēdi: b ℂNon creditis mihi: quia scilicet inimici estis veritatis: ⁊ ita ꝓbatis vos esse filios diaboli mēdacis/nō dei. Ille autē possint Eccl̄i.15.c. dicere/q̄ licet veritatē dicat: tamē nō est speciosa laus in ore peccatoris: ideo ſgueniens hoc subdit: c ℂQuis ex vobis arguet me de peccato ⁊c. Vel sic cōtinua: quia possent dicere se nō esse homicidas neq; mēdaces: sed ideo cū persequi/ quia peccatoꝝ erat ⁊ facinorosus: ido dicit: Quis ex vobis arguet me de peccato. q.d. quare vultis me interficere exā nō potestis me de peccato arguere: Vel/ Quis ex vobis arguet me de peccato: sicut ego arguo vos ⁊ patrē vestrū. Et cū nullus possit arguere vitam: quare nō recipitis doctri/nam: Et hoc ē: c ℂSi veritatē dico: id est me veritatem manifesto: vel verā doctrinā vt homo: f ℂQuare vos nō creditis mihi/veritati: nisi fūpple/quia estis filij diaboli mēdacis: Unde nō ignorat sed manifestat malicię eoꝝ: vt saltem cōfusi redeant ad veritatē ⁊ liberent: g ℂQui ex deo est: nō natura/sed fide ⁊ gratia: b ℂVerba dei audit. i. amat ⁊ cū devotione recipit: Sēm qđ solet dici: Qui diligit regē diligit eius legem. Et ex hoc includit qđ intendit. s. q̄ sint filij diaboli. i ℂPropterea vos nō auditis. i. auditu trade/re: vel obedire cōtemnitis. k ℂQuia ex deo nō estis: id est quia ex diabolo estis: nō per naturā sed per malicię: Et hoc nō est ex parte dei/ ſs ex parte vestra: qui nō vultis esse ex deo: quia eius gratiā ⁊ quem ipse misit abūcitis. Eccl̄i.ih.d. Auris bona cū omni cōcupiscentia audit sapientiā. Mota q̄ hic q̄si subdit dīs iudiciū cum homine/dicēs: c ℂQuis ex vobis arguet me ⁊c. Unde Job.xxxi.b. Si cōtempsi iudiciū subire cū seruo meo ⁊c. Esa.v.a. Judicate inter me ⁊ vineā meā ⁊c.

Pš.50. Esa.xlii.d. Reduc in memoriam ⁊ iudicemur simul. Pš. Ut iustificeris in sermonib⁹ tuis ⁊ vincas cū iudicaris. Christus esſ nō potest argui de peccato: quia peccatū nō fecit: nec inuētus est dolus in ore eius. i. Petri.ij.d. Job.xxv.a. Munḋ iustificabit homo cōparatus deo? Itē Job.xxi.d. Quis arguet coꝝ eo vias eius? d ℂDe peccato/auaricię: a quo doctor debet se excutere: sicut Samuel. j. Reg'. xii.a. et moyses Numeri.xvi.c. Job.xv.d. Ignis deuorabit tabernacula eoꝝ ⁊c. Vel de peccato superbię vel cōcupiscētię. Contra superbiā ⁊ honorē/dicit postea: Inhonorastī me. Cōtra delectationē carnalē/ꝺꝛ: Tulerūt ḡ lapides vt iacerēt in cū. Contra copiā ⁊ auariciā/dicit: Munquid tu maior es patre nostro abraam: qui. s. habuit aurū ⁊ bones. Mota q̄ ḋdicator primo debet ostendere vitam bonā. Unde/ ḡ Quis ex vobis arguet me ⁊c. Et postea debet ostendere sūā et veram doctrinam. Unde sequitur: Si veritatez dico ⁊c. Sicut Job xxiii.d. Quis me potest arguere. Item Job.vi.d. Cū nullus ex vobis sit qui possit arguere me. f ℂQuare vos nō creditis mihi: Propter tres rationes nō credunt: quia nutriti sunt in mendaciis. Unde sicut rusticus libenti⁹ comedit sabas q̄ gallinas: sic ipsi audiūt libētius mendaciū q̄ veritatē. Ūn q̄ cōtrariū dicit, j. xviij.g. Qui est ex veritate audit vocē meā. Itē Numeri.xj.b. iudei repudiabāt māna dulcissimū cibū: q̄ nutriti erant de allijs egypti. Secūda ratio est: quia eoꝝ affectus est ad aliud inclinatus: ⁊ ad idē inclinat̄ ratiōnē ⁊ intellectum: ⁊ ita nō recipit veritatē. Unde Job.xxi. p contrariū: Si secutus est oculus meus coꝝ meum. i. intellectus affectum. Tertia ratio est: quia veritas contraria est eis. Accusat enim eos de malis. Unde. ō. iij. c. Qui male agit odit lucē ⁊c. Matheī. v. d. Estote cōsentiēs aduersario tuo: id est scripturę. Sequitur: l ℂResponderunt igitur iudei ⁊ dixerunt ei. Aug⁹. Quia cōuicti sunt nō esse filij abrae vel dei/sed diaboli: ingerunt cōuitia. Et hoc est: m ℂNonne bene dicimus nos: id ē vere ⁊ iuste n ℂQuia samaritanus es tu. Samaritanus: id est odiens nos tanq̄ samaritan⁹: ⁊ ideo talia dicit nobis. o ℂEt dęmoniū habes: id est insanus es: et ideo talia dicis de te: te exequans deo: qđ ē insanū et absurdum. Vel/ n ℂSamaritan⁹. i. peccator: ⁊ ignarus in lege. Et hoc dicūt: quia videbāt obloqui legi. o ℂEt dęmonium habes: id est arrogans es sicut diabolus. Et nota q̄ dicit: Bene dicimus. Chrysostom⁹. Musq̄ dicit euangelista superi⁹ q̄ cum vocauerūt samaritanū: Sed intelligendum est hoc ab eis multotiens dictum esse. Item nota q̄ quasi querendo hoc maximū conuitiū dixerūt: quasi supponentes certū esse: ⁊ ideo quęrunt per/ Nonne: cui cōsueuit semper affirmatiua respōderi. Sed humiliter ⁊ patienter/ p ℂRespondit iesus/dicens: Ego dęmoniū nō habeo. Ad primū nō respondet/ attendens interpretationē ⁊ significationē nominis: quia samaritanus interpretatur custos: ⁊ ipse custos est. Unde Pš. Non dormitabit neq; dormiet q̄ custodit israel. Et Esa.xxij.c. Custos quid de nocte ⁊c. Aliud autem vt falsum negat: sed vt patiens conuitiū nō reddidit: ꝑm illud Roma.xii.d. Nulli malū q̄ malo reddentes ⁊c. Unde hic in duobus nos instruit. Primo. i. quia cū crimen nobis imponit/ debemus leui excusatione nos expurgare/ne pereat fama quę necessaria est ꝓpter ꝓximum. Secundū est: quia iniuriā dei debemus omnib⁹ modis vindicare: nostrā autem patienter tolerare. Et ideo dure reꝑhendit eos/cū dicebant se esse filios dei: hic aūt remisse loquit. Unde Chryſ. Cum dicerēt. ō. eodē. Patrē habem⁹ abraam ⁊ deum/vehementer eos tetigit ⁊ increpauit: hic aūt quādo vocant eū dęmoniū habentē/remisso vtitur sermone ⁊ humili: per hoc erudiens nos/quę ad deum sunt vindicare: ḡ ḋo ad vos/despicere ⁊ nō curare. Unde Matth. xvi. d. Vade retro sathanas: in ꝓximis non increpauit. Item in hoc q̄ vnū negat/aliud nō negat: dat nobis formā q̄ si impꝛoperetur nobis paupertas vel vilitas/non debemus defendere nec tanq̄ contumeliam reputare: sed si peccatū imponat/possum⁹ nos simpliciter ⁊ humiliter et benigne excusare et defendere. Chryſ. Si dixerit te inopem/deride: si dixerit te pauperem/deride: ⁊ dixerit insipientē/geme: nō ꝓ te sed ꝓ illo. Item dominus nō negauit se esse samaritanū: quia omnes bene sciebant/ quia iudęus erat. Nec de ꝑ dubitabāt/licet ꝑ cōtumelioſe dicerēt. Item nō reputauit hoc opprobriū nec negauit/ne significare videret q̄ ipsi essent despicibi: sicut iudei putabant. Neminē em̄ despicit christū qui dicit: Non veni vocare iustos sed peccatores: Matth. ix. b. q ℂSed honorifico patrē meū. q.d. nō curo de vestra cōtumelia: quia nō curo de mea gloria/ sed patris. Hieronym⁹. Qui nō quęrit gloriā/nō sentit contumeliam. Vel sic. Licet me reputetis dęmoniacum: quia patrē me comparo/sabbata eius violans/⁊ me ei exequans/et in eā blasphemem: vt dicitis: tamē nō est ita: Sed honorifico/eū auctorita⁊ē ei in omnib⁹ attribuens. r ℂEt vos inhonorastis me. q.d. facio quod debeo/patrē honorās: ne arrogās vobis videar: sed vos nō facitis qđ debet⁹: quia inhonorastis me per falsa opprobria: qui me deberetis honorare/saltē ꝓpter hoc q̄ honoro patrē. Minus dicit ⁊ plus significat. Inhonorastis me. i. cōtumelias intulistis. Vel aliter: q ℂSed honorifico patrem meū. Chryſostom⁹: In hoc. i. q̄ dicebat nō decere eos deum patrem vocare homicidas existentes patrem honorabat. r ℂEt vos inhonorastis me: quia scz honorifico patrem. q.d. patri debetis noxas huius contumelię: quia ꝓ illo hęc audio. Et vt omnimodā humilitatem ꝓtendat/dicit: s ℂEgo autem non quęro gloriā meā: ſpple nunc in ꝓsenti. q.d. licet cōtumelias ſferatis: ego tamē nō vindico eas sicut homines gloriā amantes: qui cōtumelijs illatis malū reddūt: sed patri reseruo: ꝑm illud Roma.xij.d.

a Egō autē si veritatem dico
b mihi nō creditis mihi. Quis ex
c vobis arguet me de pecca/
d to: Si veritatez dico/quare
e vos non creditis mihi: Qui
f ex deo est: verba dei audit.
g Propterea vos nō auditis:
h quia ex deo nō estis. Respō/

i derunt igit iudei et dixerunt
m ei: Nonne bene dicimus nos:
n quia samaritan⁹ es tu: et dę/
p monium habes: Respōdit ie/
q sus: Ego dęmoniū non ha/
r beo: sed honorifico patrem
s meū: ⁊ vos inhonorastī me.
s Egō autem nō quęro gloriā

B

b



Deut. 32.c. A ℣ a ℂEst qui quęrat/gloriam meam/pater scilicet. b ℂEt iudicet: id est vindicet suo tempore meam contumeliam. Et hoc dicit/vel ḋicendo/vel iustificie patris concordando. Puniuit enim pater peccatum eoꝝ/in captiuitatem eos tradendo: et iustam pnam exęcutionis eis instigendo. Vel ꝑm Augustinum. a ℂEst qui quęrat ⁊c. Duę sunt temptationes.

Alt. gustabit Una ꝓbationis: de qua Deut. xiii. b. Tē ptat vos deꝰ ⁊c. Alia deceptionis: de qua Jaco. j. b. Deus intē ptator malorum est. Sic ⁊ duo timores. Unus quę caritas foras mittit. j. Joh. iii. d. Alter qui permanet in seculum seculi: de quo in Pš. Sic et duo iudicia. Unum damnationis quo non iudicat pater sed omne iudicium dedit filio. ō. v. d.

Pš. 18. Pš. 42. Alterum discretionis. Unde Pš. Judica me deus ⁊ discerne causam meam. Sēm hoc dicit: a ℂEst/pater/qui quęrat: gloriam meam. b ℂEt iudicet: id est discernat eam a vestra: quia vos sēm seculum gloriamini/ego nō: sed ea gloria quam habui apud patrem anteqū mundus esset/quę est abhumana inflatione discreta. c ℂAmen amē dico vobis ⁊c. Chryſostomus. q.d. ego nō quęro gloriam meam sed pater: ꝓ quo mihi infert contumelia. Propter hoc ego omittes hoc: quere vos modo ad admonitionem conuertor/et consilior hęc facere/ex quibus non solum supplicium effugiatis: sed et ęterna vita fruamini: Quia/ d ℂSi quis sermonem meum seruauerit: corde per sinceram fidem: ore per intrepidā confessionem: opere per deuotam conuersationem. Chryſostomus. Non solum fidem ait: sed et vitam puram: Hoc est enim seruare/in memoria recondere et in opus transformare: ꝑm illud Pš. Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. c ℂMortem nō videbit/vel/gustabit in ętern̄um: id est non experietur. Et loquitur de morte secunda et ęterna: quę est vera mors: De qua Apocal. xx. b. Beati ⁊ sancti qui habent partem in resurrectione prima: in his non habet potestatem secunda mors. Mota quia mors ęterna dum nunc̄ transglutitur semper necans/semper quasi est in gustu et nunq̄ in digestione: per cōtrarium loquitur de bonis: quia mortem non gustabunt spiritualem. Et licet boni semper vitam gustent/tamen hoc non dicit: quia mali nō ita habēt oculum ad adeptionē boni/sicut ad euasionem periculi. Et constat q̄ mali erant quibus loquebatur. Sed iudei vere mortui non intelligentes mortem ętern̄am/putant dici de morte hac: Unde irascentes respondent: Et hoc est: f ℂDixerunt ergo iudei: Nunc cognouimus: quasi hoc tuum dictum nobis signum est: g ℂQuia dęmonium habes: id est quia insanus es: Sed a dęmonium habet: vt dicit Chryſostomus: satis seipsos reprehendunt qui demoniaco tam studiose attendunt. h ℂAbraam mortuus est et prophetę. Pronocant eum vt contra abraam aliquid dicat: i ℂEt tu dicis: si quis sermonē ⁊c. Naturalem mortem intelligunt: non de alia cogitātes. Chryſostom⁹ sic legit: k ℂSi quis sermonem meum seruauerit/mortem non considerabit. ō. v. d. dicum est/ Item ętern̄am habebit: Hic autem dicit: mortem non considerabit. In quo notatur adeptio vitę et euasio pęne. Simul autem et per hoc enigmatice insinuat/quoniam nihil possunt ei facere. Si em̄ q̄ sermonem eius seruat non morietur: multo magis ipse. Hoc deniq̄ non intelligentes: ⁊ ipsi dicunt: Nunc cognouimus/ quia dęmonium habes. Abraam mortuus est: ⁊ ꝓphetę mortui sunt/et tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit: non gustabit mortē in ętern̄um. Hoc est: qui sermonem dei audierunt mortui sunt: et qui tuum audiunt non morientur: l ℂMunquid tu maior es patre nostro abraam: qui tantus fuit vt sibi daretur primitus circumcisio: et facta est promissio terrę promissionis et seminis/ in quo benedicentur omnes gentes. m ℂQui mortuus est: licet tantus fuerit. n ℂEt ꝓphetę mortui sunt: quibus deus locutus est per seipsum. Chryſostomus. O vanagloria: rursus ad cognationem abraę defugiunt: et nimirum consequens erat dicere: Munquid tu maior es deo: aut qui te audiunt maiores sunt q̄ abraam cui scilicet locut⁹ est deus. Sed non dicūt hoc: quia minores esse q̄ abraam eum reputabant. o ℂQuē teipsum facis: id est fingis vel pręten dis: qui dicis ex tuo sermone non mori: cum abraam et ꝓpheras scias mortuos. Chryſostomus.

Pš. 5.d. Superius dixerat q̄ mortuos erigit. Supra. v. d. Sicut pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊ filius quos vult viuificat: Hic autem dicit/q̄ non considerabit mortem qui credit: quod multo maius erat q̄ non concedere teneri a morte: ideo magis ſgiebant. Quid igitur illi: Quem teipsum facis: et hoc iniuriose. q.d. tu gratificas tibipsi et te laudas. Ad ḋ igitur/ p ℂRespondit iesus: referens gloriam suam ad patrem: de quo etiam est quod deus est. q ℂSi ego glorifico meipsum/gloria mea nihil est: id est si privataz gloriam quęro ſparatam a patre/gloria mea peccatum est. Vel aliter ꝑm Chryſostomum. Sicut illud. ō. v. c. Testimonium meum non est verum: ad illorum suspitionē dictum est: ita et hoc/Nihil est: quo ad vos. i. ꝓ nihilo reputatis. r ℂEst pater meus qui glorificat me. q.d. vos arguitis me de insania/⁊ de iactantia/⁊ arrogantia: sed ego non iacto me: sed pater meus me ostendit in baptismo: Matth. iii. d. Jn mōte: Matth. xvii. a. Jn opib⁹ ⁊ signis ⁊ in scripturis: s ℂQuez vos dicitis: id est de quo vos dicitis: t ℂQuia deus noster est: quasi non recentem deum annuncio: sed illum de cuius cognitiōe gloriari soletis. Et percutit eos hic. q. d. vos dicitis vos deum colere et persequendo me/cum ipse me glorificet/inter vos persequimini eum. v ℂEt non cognouistis eum/patrem vel deum in operibus suis: quia de alia cognitione non reprehenduntur. Non cognouistis/inq̄ per fidem. q.d. iactatis vos de eo q̄ deus vester sit: sed cum ignoratis: quia ei qui omnia ꝓ eo ⁊ dicit ⁊ facit vt ipse glorificetur/iniuriamini/⁊ missum ab eo non recipitis. r ℂEgo autem noui eum/per vnitatem noticię et sapientię ⁊ essentię. Et quia noui: ideo a me addiscere potestis si vultis. Matth. xi. d. Nemo nouit patrem nisi filius ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et ne videatur esse gloriatio q̄ dicit se eum nosc̄re/subdit: v ℂEt si dixero quia non scio eū: cū sciā: z ℂEro similis vobis mendax: qui dicitis scire cum nescitis. q.d. hoc quod dico/non dico ꝓ gloriatione: sed quia hoc negare mendacium esset. Augustinus. Sic caueatur arrogātia vt veritas nō relinquatur. Unde adhuc sequitur: a ℂSed scio eum: ideo me nescire nō possum dicere. Ergo videtur q̄ Christus potuit mentiri. Responsio: q̄ est consecutio ex impossibili: quia impossibile erat eum dicere cōtra cōscientiam. Tamē anselmus soluit/q̄ si ,pferret orationē in se falsum significantem/q̄ coipso q̄ ipse ,pferret/ aliquaz veritatem significaret. b ℂEt sermonē eius seruo: id est in carnē missus sum ex ei⁹ ꝓcepto: ⁊ eius voluntatez in salute generis humani facio. Per hoc nūt ostendit q̄ de scientia informata loquit quando dicit eos nescire deum: quia opere repugnabant illi cognitioni. Sequit: c ℂAbraam pater vester ⁊c. Supra dixerat christus: Si quis sermonē meum seruauerit/ mortem nō gustabit in ętern̄um. Contra qđ oppoluerant dicentes: Munquid tu maior es patre nostro abraā: Ad qđ respondit se nō dixisse illud ,ppter iactantiam vel inanem gloriā: Hic aūt ostendit se nihilominus esse maiorem abraā: q̄: Exultauit ⁊c. Item sicut dicit Chryſ., ꝓia gloriabant de abraā: Munḋ tu maior es patre nostro abraā. Et alibi: Nos filij abraę sumus: Ideo ō. eo. d. eos alienos ab abraam esse q̄t in quibus ille lętabat/hi dolēt.

